

T O B A E V S  
C O M O E D I A  
S A C R A:

*Authore Cornelio Sconæo Goudano,  
apud Harlemenses Ludimagiſtro.*


E I V S D E M C A R M I N V M  
L I B E L L V S.



A N T V E R P I A,

Ex officina Gulielmi Siluij typographi Regij

M. D. L X V .



T O B A E V S  
C O M O E D I A  
S A C R A:

*Authore Cornelio Sconæo Goudano,  
apud Harlemenses Ludimagiſtro.*

E I V S D E M C A R M I N V M  
L I B E L L V S.



A N T V E R P I A,  
Ex officina Gulielmi Siluij typographi Regij  
M. D. L X

HADRIANI IVNII HE-  
XASTICHON SVB PERSONA  
AVTHORIS.

**S**i flores lepidi paſſim delibo Terenti,  
Florileg'e exemplo peccō libenter ap̄is.  
Exhibeo pietatis opus sub imagine lufus  
Comici, & hic secum ſeria multa trahit.  
Exulat hinc petulans iocuſ, & laſciua Dione,  
Conueniens ſancte eſt rena pudica rei.

D. IOANNIS VOCCINII  
EPIGRAMMA AD LIBELLUM  
AVTHOREM.

**C**onica dum nitido percurris pulpita ſocco,  
Plautinos referens numeros, venamq; Terenti  
Attonito mirror felices pectore verſus,  
Et ſpiſis tua digna puto Scione theatris.  
Contra diſparibus dum pulsas barbita chordis,  
Aequas Peligni dulcissima carmina vatis.  
Macte animo, pulchris ſic perge incumbere cœptis,  
Quo Batauos inter quondam numerere Poëtas.

<sup>4</sup>  
ALIVD F. PHILIPPI HÆC  
MVNDANI AB HOGHESTEYN  
AD LECTOREM.

**Q**uisquis amas vera cultas pietate Camœnas,  
Artibus ingenuis, literulisq; vacans:  
Quemq; iuuat dulcis lati.e facundia lingue,  
Cuique poëmatij Laurea sacra placet:  
H.ec, rogo, scripta pio perlustrans comica focco,  
Voluito perwigili terque quatérque manu.  
Plurima repperies que perlegisse iuuabit,  
Téque grani facient cultius ore loqui.  
Námque pari paucos videas pietate Terenti  
Orchestras proprius condecoraſſe tuas.

H O-

<sup>5</sup>  
HONORATISSIMO  
VIGILANTISSIMO QVE  
HARLEMIANÆ CIVITATIS SE-  
NATVI CORNELIUS SCO-  
NÆVS GOVDANVS  
S. P. D.



v m nuper ingenij, sty-  
liq; exercendi gratia pri-  
mates honorandi hāc de  
Tobæo cōscripsiſſem Co  
mœdiā, amicis quibus-  
dam politiorum literarū  
peritis eam perlegendam  
obtuli: quò nimirum si fortè illimatius, aut  
inelegātius quid occurreret, sua censura me-  
dicarentur: de edendo interim ne cogitans  
quidem. Illi amico non grauatè obsequen-  
tes, dum semel atque iterum euoluissernt, fin-  
guli de promulgando mecum seriō agere cœ-  
perunt, industriam nostram identidem col-  
laudātes: & nescio quos aureos montes hinc  
mihi pollicentes. Ego me illudi ſuspicans,  
aut certè vt mollius dicam, eos de me aman-  
ter errare existimans, primū multum diuq;  
tergiuersabar. Tandem cum nullum inter-  
pellandi finem facerent, ſimulq; perpendiſ-  
ſem illos iſtiuſmodi eſſe, vt nunquam me eō  
ſint instigaturi, niſi id in rem nostram fore

A 3 confi-

confiderent, egrè promitto me ipsis & hīc, quemadmodum in alijs haētēnus morē gesturum. Dispiciēti igitur cui potissimum has ingeniolis nostri primitias dedicarē, protinus vos mihi in mentē venistis viri colēndi quorum in nos benignior extat beneficētia, quām vt parem gratiam referre queamus. Quapropter ingratus meritō habendus sim, si tam benevolis erga nos animis pro virium nostrarum modulo viciſſim gratificari recuſem. Vtinam nostrum hoc chartaceum munſculum tale sit, vt vestro suffragio probari mereatur. Scio non infimam laudem esse, vt inquit Flaccus Principib⁹ viris placuisse: sed ad tam eximiam dignitatē nēmini patet adiutus, niſi qui ſingulari eruditione, præclarisq; ingenij dotibus, ſpectataque miorum integritate talium virorum benevolentiam ac fauorem promeruerunt. Imo quò cordatiōres prudentioresque ſunt hi, quorū amicitiam & familiaritatē nobis demereri ſtudemus: hoc difficultius exorari, expugnarique confueverunt. Nec iniuria, ſumma enim ingenij perſpicacia, ſolertiq; iudicij ſagacitate viris primarijs aduigilandū eſt, ne huiusmodi, quos aliquādo ob diſſimulatam verſuti animi nequitiam odiſſe poſſent, munificentia ſua di‐gnos existimasse videantur. Hēc quò accu‐ratiūs, attentiūsque mecum perpendo, hoc magis

magis ſollicitus ſum, nō quopacto vobis magno pere placeam, quod mea neutiquam me retur temeritas: ſed ne inconsulta hēc mea temeritas, nullo eruditioñis lenocinio comincata animos vestros grauifímarum rerum curis, anxietatibusque impeditos offendat. Atque ideo niſi exploratissimum habere quanta benignitate foueatis, quanta ſedulitate tueamini, ad quos honores euehatiſ eos, qui ſe liberalium disciplinarum ſtudijs inſigniendos tradiderunt, nunquam occupatiſimas veſtras aures meis illiteratis næuijs interturbare auſus fuillem. Hanc itaque confidentiam mihi eximius vester ſuppeditat candor: cui imputetis velim, ſi vos forte mea of fenderit impudentia. Cæterum non dubito, quin maleuoli aliquot futuri ſint, qui hanc noſtrā comicam aetiunculā conuitijs, probriſque inſectabuntur: nam quid tam elabōratum, politumque, in quo non reperiant, quod ſuggillent oculati iſti Argi? Quorum tamen improba curiositas, curiosaque improbitas adeo nihil me terrent, commouentve, vt tum demum aliiquid laude dignū me præſtitiffe arbitraturus ſim, cum lucubratiunculas noſtras à quamplurimis circumrodi conſpexero. Ita enim natura comparatum eſſe videmus, vt liuor præclaris facinoribus indi uulſus comes ſemper conſequatur. Donec

ocio torpentes, nihil magnificum periclitamur, facilè inuidorum mortis effugimus. Sed simulac animum ad virtutem applicamus, præstò sunt, qui nos venenosa linguæ procacitare ab his pulcherrimis cœptis deter rere conantur. Quos non alia ratione vlcif caris melius, quam si allatrantes obturatis auribus præterreas. Sed mirabimini fortasse quid cauſſe sit, quod patrè Tobæum potius quam Tobiam appellem. In hoc non meam, sed aliorum Hebrææ, Græcæ, Latinæque linguaæ peritissimorum virorum secutus sum sententiam. Non quod alterum altero speciosius, latiniusve eis arbitrer : sed quod idem patris, filijque nomen alicubi nonnihil obscuritatis paritum perspicerem. Atque hoc eò feci confidentiùs, quod tum apud Græcos, tum apud Hebræos non idem vtrique, sed diuerum sit nomen. Verum vestræ humilitatis erit, hoc quicquid est munusculilæta fronte excipere, tenuitatemque nostram boni consulere. Huiusmodi opibus munifici sumus quotquot vernantia Musarum vireta colimus. Quod si hæc nostra qualiscunque industria à vobis probari mereatur, non erit cur me huius opellæ pœnitere debeat : imo maiori alacritate ad alia grauiora periclitanda accingar. Valete optimates ornatissimi, meq; in clientuloru[m] vestrorum numerum recipere dignemini. Harlemi, sexto Kal. Iulij. 1568.

## ACTORVM NOMINA.

T O B A E V S	pater.
T O B I A S	filius.
A C H I O R,	
Æ G I O,	{ tenuioris fortunæ homines
N A B A T H V S	
R A P H A E L,	genius, sed adolescentis forma induitus.
A N N A,	Tobæi vxor.
S A R A,	puella.
R A G V E L,	senex.
E D N A,	Raguelis coniunx.
P H æ D R A	
M Y R R H I N A,	{ Ednae pedissequæ.
S O S I A,	Raguelis seruus.
G A B E L,	senex.
S Y R V S,	Tobæi seruus.
	Pueri duo, alter Tobæi, alter Raguelis.

As PRO-

## P R O L O G V S.

Trimetri.

**S**A L V E T E spectatores candidissimi ,  
 Huc quorundam accessus , actiunculam  
 Nouam hanc vestra decoraturi presentia .  
 Priusquam noster hic grex in proscenium  
 Se conserat , rogatos vnum hoc vos velim  
 Maximopere , vt mihi , que ad hanc rem attinent  
 Pauca loquuturo , paulisper dignemini .  
 Accommodare aurem patientem , ac beneuolum .  
 Dum nuper hec in lucem prodit fabula ,  
 A maleuolis quibusdam nostram industriam  
 Sentimus improbarier : qui ipsi tamen  
 Ignavia torpescentes , nullum su.e  
 Quam vbiue venditant scientie specimen  
 Vnquam edidere : sed in canum mordacium  
 Morem , bonorum diligentiam suis  
 Conuiuis , dicterijsg identidem  
 Lacerant , nihil ipsi proferentes doctius .  
 Quorum vt minus nos commoueat procacitas ,  
 Vester facit candor , & integritas : quibus  
 Senoster hic labor non improbaritur ,  
 Abunde magnam consequitur gloriam  
 Miki videar . Nam quemadmodum laudarier  
 Alaudatis pulchrum est , ita vituperarier  
 Ab illaudatis non minus pulchrum arbitror .  
 Face sat ergo iniuriorum calumnia ,  
 Illustrium facinorum individua cornes .

*Que*

Que nunquam gliscit , & furit impotensius ,  
 Quam cum se frustra niti intelligit : putas  
 Cicadam alis correptam . Sed quo nos rapit  
 Animi calor , dum maleuolos vlciscimur ?  
 Nunc quam sumus pari cognoscite fabulam ,  
 Ex mysticis vobis depromptam literis .  
 Non hic amore demens adolescentulus ,  
 Pudenda coram iactitabit crimina .  
 Nec fabulosus quifiam Deus , viri  
 Mentitus formam , amantem fallet coniugem ,  
 Nec miles aduersa ostentabit vulnera .  
 Nec seruus argento emunger senem . Nil  
 Horum nostra exhibebit actiuncula .  
 Nil hic profanum , aut ludicum : verum sacram ,  
 Piamq; grex representabit historiam .  
 Cui si quis attent as aures accommodet ,  
 Multa in animo ipsi considebunt commoda .  
Quapropter vt frequentes , & alacres modò  
 Huc confluxisis , ita saute silentio :  
 Ne quid tumultus inter vos ortum , gregem  
 Hunc nostrum scenicum interturbet . Hic puer  
 Quem conficanini exire in proscenium ,  
 Vobis periocham recitatib comædie .

C O-

A C T V S P R I M I  
S C E N A P R I M A.

T O B A E V S , P V E R . Senarij.

Comœdię periocha.

T O B A E V S operam humandis nauans mortuis,  
Deīque sacro mancipatus cultui,  
Visu spoliatur infelix. Mox inopia  
Periclitans, gnatum ad Gabelem in Medium  
Ablebat, repetitum pecuniam penes  
Hunc quondam depositam. Qui in itinere comitis  
Raphaelis opera duxit Saram sui  
Auunculi gnata mūnicam uxorem. Deit  
Domum reuersus, ab eodem edocitus, patri  
emissum restituit visum: aedes gaudio  
Præter spem obiecto vnde quaque persrepunt.

A C T V S

Q V I S te Deus terre, poliq, conditor,  
Mortaliumq, plastes, dignis efferae  
Laudibus? & adiuictam tuam potentiam  
Cecutienti non stupefacat pectore?  
Qui omni prior tempore, ac ævo vetustior,  
Cum nihil in rerum natura iam existeret,  
Celum, terreq, machinam meditullio  
Aeris inherentem, suóque pondere  
Librataam, olim ex nullo creasti semine.  
Creatamque inscrutabili prudentia  
Porro tutaris, conservas, atque vegetas.  
Ne ego statim primis ab incunabulis  
Te iure feci maximi, tibiq, me  
Per omnia pater obsequentem prebui: &  
Spretis calumniantium conuictis,  
Tuo me totum mancipati cultui.  
Ad te sacram veluti ad anchoram Deus,  
Humana destitutus ope me confero,  
Meorum tu laborum requies, tu mūnicum  
In rebus desperatis, præsidium mihi.  
Profectò inhumanus sim, ac caute durior  
Adamantina, hominiq, indignus cognomines  
Salutiferis tuis precepis si velim  
Præfractus aduersarier. Nihil mihi

Dulce

Dulce sine te : sed austera , insuaia ,  
 Aspera , tetrica , amaraq; videntur omnia ;  
 Ni tu nostri misertus , & gritudines ,  
 Crebrasq; anxietates melle tuo condias .  
 Quare ut longo cernus anhelans cursu , ac sitis  
 Eneclus , siccis inhibat lympham faucibus ,  
 Ita ad tuam Deus tutelam confugit  
 Graui percusa mens sollicitudine : nec hinc  
 Vnquam nisi resocillata reuertitur .

**Scazon** Quid obsecro vita hec habet voluptatis ?  
 Quid non potius laboris , ac molestie ?  
 Que non pericula generi mortalium  
 Impendent , urgunt , obruunt ? Et quod magis  
 Dolendum , cum omnis securi infortunij  
 Extra periculum nos positos maximè  
 Putamus , sepe ab inopinato turbine  
 Prosternimus : risusq; in fletum , gaudium  
 In luctum , & in gemutum iocus conuertitur .  
 Nec est quod externa hic exempla recensem :  
 Abunde nobis talium superest domi .  
 Atque adeo varios ipsi perpetui sumus  
 Casus frequenter , tunc cum Niniuæ carceri  
 Inclusus , arctisq; colligatus vinculis ,  
 Infanda patiebar miser . Animum tamen

**Scazon** Quemuis indignis tractatus modis , nunquam  
 Despondi : sed tuam Deus implorans opem ,  
 Ne unquam quidem frustratus sum : adeo ut qui mihi  
 Præsens exitium molirentur , hos suis  
 Iporum pedicis irretitos , protinus

E medio

E medio sustuleris . Exemplum huius rei est  
 Nobis exhibitum in Senacheribo , qui mihi  
 Insensus , quod inhumata aliquot cadauera .  
 Immanibus turpiter obiecta bestiis ,  
 Suis misertus bustis consideram , statim  
 Et me , meamq; coniugem , & carum mihi  
 Filium iussit comprehendier . Quare  
 Comperita , sine mora solum vertens , manus  
 Furentis effugio : ille mea amens diripit ,  
 Aedesq; nostras occupat . Sed quam precor  
 Tandem procax sortitur vis catastrophæ ?  
 Nefando demereri sibi dum crimen  
 Deum parat , lymphatus infernalibus  
 Furij , nati iam destinati victimæ ,  
 Patrem trucidant impium : atque ita scelerum  
 Vindex Deus commissum vlcscitur nefas .

Qui licet ad puniendum sepe tardior  
 Assurgat , effugiet tamen nemo nocens  
 Eius flagellum : & longiorem sepius  
 Acerbitate poenæ compensat moram .

Ergo saluti qui sue  
 Velit consultum , omni Deum reuerentia  
 Supplex colat , preceptisq; illius obsequi  
 Indesinenter studeat : sic illi nihil  
 Vnquam nocebit frâus calumniantium :  
 Sed impotentium mendacia facile  
 Eludet , diuina adiutus ope . Sed iam ad id  
 Tempus est reuerti , cuius vnius gratia  
 In publicum hodie prodij . Quin filio-

Scazon

Dinet.

Petras

Potius dedam id negotij . Puer hem, protinus  
 Accerse huc ad me filium, P U E R. Curabitur.  
 T O B Æ. Iam iam aderit opinor, ubi se huc intellexerit  
 Ad me vocarier: adeo per omnia  
 Patri obsequenter se prebuit haec tenus. Oh,  
 Quenquamne hominem posse in animo instituere , vel  
 Parare, quod sit carius , quam ipse est sibi?  
 Sed ostium crepuit, atque ipse exit foras.

## ACTVS I. SCENA II.

T O B I A S, T O B Æ V S.

Eiusdem generis versus.

H I C C I N E patrem dicebas opperirier?  
 Sed eccum. Mi pater , salve . Estne quippiam  
 Per me curatum quod velis? Tobæ. Probè facis  
 Fili , quod accerstus protinus aduolas.  
 Accede propius,habeo quod mandem. Tobi. Pater  
 Adsum, impera quod vis , quicquid precepis  
 Eue stigio effectum dabo Tobæ. Fac citra moram.  
 Conuenias consanguineos nostros Achiorem  
 Nabathum, & Aegionem, cum dura domi  
 Quibus scio res est pauperie: dicésque me  
 Cupere, vt se mihi coniuias hodie prebeant,  
 Nihilque cunctentur , sed protinus simul  
 Omnes vt adsint curent. Tobi. Hem, fiet pater.  
 Tobæ. Gaudeo me iam inde ab adolescentia semper  
 Eo fuisse animo , vt nihil minus putem

Perire

Perire, quam quod in egenos confertur. At  
 Hec vxori mecum non conueniunt . Venit  
 Sepè ad me clamitans, quid agis Tobæ? cur  
 Rem omnem profundis? cur quod nos comparcimus  
 Nostrum defraudantes genium, tu crebrioribus  
 Coniuixi insunis: haud existimans  
 Quanto labore partum. Et longè errat, mea  
 Quidem sententia, que quod famelico  
 Tenuorum ventri saturando impenditur,  
 Arbitretur perire. Mea sic est ratio,  
 Et sic animum induco meum, qui egestati  
 Fame, aut citi periclitantium suis  
 Facultatibus opitulatur, Deum sibi,  
 Non hominem demeretur. Sed cesso domum  
 Reuerti, ut quod opus sit futurum, apparem?

Sept.

Scazon.

## ACTVS I. SCENA III.

ACHIOR, AEGIO, NABATHVS,  
 TOBÆVS.Trochaici catalecticci, partim septemnarij,  
 partim octonarij:

B E N E profectò habet quod hodie me famelicum  
 Ad suum Tobæus prandium inuitauerit:  
 Nam domi mihi culina frigido languet foco,  
 Vacuus crepitat in media venter, dentesq; pruriunt:  
 Stomachus latrat : vix quenquam puto fame magis  
 Effractum. Sed nosterne hic est Aegio, procul

B

Huc

Huc quem aduentare video? est is ipsus: alloquar  
 Hominem, vt quo properet intelligam. Salve Ægio  
 Meo animo multum exoptate, quo iter est? Ægi. Re-  
 età ad meum  
 Tobæum, qui me per filium modò, apud forum  
 Iusit accedere protinus ad prædiū. Ac. quid audio, huc  
 Sena. Et nos ieiunis properamus faucibus. Ægi.  
 Optimè hercule factū. ah, nūc demū solida videtur mihi  
 H.ec voluptas, cum & te participem eiusdē fore audio.  
 Sed quis iste? num Nabathus? aut ille est, aut parum  
 Proficiunt oculi. Achi. Vide ut properet, Heus respice  
 Nabathe, est tua quod refert scire, paululum huc  
 digredere. Na. nō audio. Æ. res seria est. Na. ah, define  
 Meum iter impedire, quando ad rem vehementer feriā  
 Aca. duo Accurro, nempe ad conuiuum: & inanitate  
 Intestina mihi iamdudum murmurant, valete.  
 Achi. Obtundis resistē: nos eodem tendimus. Naba.  
 Alias res agitis. Ægi. certē, resistē inquam. Nab. quo  
 ergo n̄ ibi  
 Esse iter creditis? Æg. ad Tobeum. Nab. profectō rem  
 Tetigisti acu. Hūcine sed & vos inuitatos dicitis? Ac.  
 Sumus ô bone. Na. quid hic cūctamini igitur tam diu?  
 Aut cur non rectā proceditis? maturēmus, mihi  
 Etenī vēter inedia fere exhaustus est. Æg. probè monet  
 Nā meus quoq; iāpride animus in patinis est. N. cōmodē  
 Ecce domo egreditur Tobæus. Salue plurimum  
 Vir colende. Tob Amici saluete: hoc est gratior  
 Vester aduentus mihi, quod maturius simul  
 Omnes aduenistis. Sed nescio quid suspicer

Quod

Quad nos solitō conuenitis infrequentius.  
 Nunquid est quod vos à nostris adib⁹ auocet?  
 Ne celate, vt offens⁹ medeamur. Ach. Ah, tace  
 Sodes, nemo est qui nos excipiat prolixius,  
 Lautiusq; Tobæ. Quid causē est igitur quod rariū  
 Hic vos video? an quia non invitauerim prius?  
 Ægi. Ist⁹ huc ipsum mi Tobæ: pudet enim accedere  
 Non vocatos. Tobæ. Ab, quasi qui sim nondū etiā satis  
 Compertum habeatis. An ignoratis bonos  
 Ad bonorum prandia vel ultrō fas esse accedere?  
 Quapropter mittite posthac pudorem inutilem:  
 Non solum vocatis, sed etiam inuocatis hic locum  
 Vobis scite paratum esse. Sed accumbamus. Puer  
 Hem, cape guttū, ac manibus cedo aquā. Agite, prandiu  
 Interim dum de loco altercamini, corrumpitur.  
 Tu mihi dexter accumbe Ægio: tu sinistro Achior,  
 Tu Nahathe exaduerso sedebis commode.

Senat.

ACTVS I. SCENA IV.  
TOBÆVS, ÆGIO, NABATHVS.

Trochaici catalecticci, senarij, septenarij,  
 & pauci octonarij.

**A**NTEQVAM amici hisce dapibus corpusculum  
 Reficiamus, primum diuin.e in nos munificentie  
 Gratias agamus: ne dum temporario  
 Paschimus corpus cibo, mens dignior,  
 Et potior nostri pars contabefcat à Deo  
 Destituta. Æg. Sapienter pieq; mones Tobæ: nam  
 A precatione conuenit conuiuum

Auspicari. Tobæ. Exordiar igitur. Pater  
Celestis qui pane quondam ex ethere  
Acat. Delapso maiores nostros in media periclitantes  
Affatim faciasti, oramus ut cibum,  
Quem tuo beneficio sumpturi sumus,  
Nobis esse salutarem velis, quo corpore  
Simul & animo ita refocillemur, tuo  
Ut digni reperiamur neclare post hanc breuem  
Et fragilem vitam tecum oblectarier.  
Conui. Amen. Tobæ. Agite cognati charissimi, satis  
Iam morarum est: quisq; arripiat quod palato maximè  
Sapiat. Hunc quid armum ouillum dissecare veremini?  
Quisq; sibi persuadeat domi se esse sue. Nab. Sedulo  
Operam nauamus Tobæ: apud mensam etenim nemine  
Conuenit verecundari: namq; in hoc apponitur  
Quicquid infertur, non vt oculos pascat, sed vt  
Esurientem placet stomachum. Quin utilis mihi  
(Ne quid simulem) semper visus est pudor,  
Iambi. Dum prestat est quo ventrem exaturus famelicum,  
A cibo ieiunis temperare fauibus.  
Tobæ. AEquum dicas. At interim tuus quid cessat  
cantharus?

Nab. AEgo hunc tibi prebibos cyatum. Egi. Ut salu-  
ti sit precor  
Mi Nabathe. Tobæ. Ecquid tibi hoc villi sapit?  
Nabath. Nunquam, ita me Deus amet, gustavi me-  
racius.  
Tobæ. Hem, quidnam sibi vult hic præcepis filij  
Interuentus? quam vereor ne quid mali

Num-

Nunciet: & nescio quid infortunij  
Animus presagiat.

## ACTVS I. SCENA V.

### TOBIAS, TOBÆVS, ACHIOR.

Eiusdem generis.

E HEV pater, non tam procul  
Hinc reperi quandam ex consanguineis nostris cru-  
deliter.  
Interfectum. Tobæ. Hem fili, quid ait: occidi.  
Facile diuinabam fore, vt hoc prandioli breue  
Gaudium, egritudo aliqua interturbaret: nihil  
Adeò in rerum natura reperias prosperum  
Ac beatum omni ex parte. Exerior verissimam  
Tandem ece Amosi vatis sententiam  
Illam, qua monet ne rebus illatiprosperis  
Genio indulgeamus: namq; hoc insolentie  
Crimine Deum irritatum mutaturum, breui  
Conditionem rerum, proq; letis tristia  
Suppeditaturum. Sed ne nos debiti  
Obsequij obliuiscamur, præstiterit surgere,  
Vt amici cadauer à ferarum mortibus  
Vindicem, ac sepeliam. Achi. Pol ne feceris  
Si sapis Tobæ, nisi te præsens in periculum  
Coniçere malis, quam edicto principis  
Obsequi. Tobæ. Facestant Regis crudelissimi  
Imbelles minæ: magis stimulant celestia

Me Dei precepta: quibus prestatuerit obsequi,  
 Quām impūs tyranni constitutiunculis.  
 Sed nihilo minus vos, dum absum, pergit  
 Interim apposito non parcere cibo. Mox simul  
 Ac consanguinei perempti cōrpus publica  
 E via clām ad nos protraxero, buc recurram protinus.

## ACTVS I. SCENA VI.

NABATHVS, ACHIOR, ÆGIO.

Eiusdem generis versus.

**Q**UAM vereor miser ne sibi perniciem, exitium-  
 que adferat  
 Hic homo, dum nimium prefractus sue  
 Neminem patitur refragari sententie.  
 Quoties ipsum clām admonui, quoties sibi  
 Ut caueret obtestatus sum: at nihil  
 Exorabam unquam: adeò furdo semper fabulam  
 Occinebam. Achi. Et nos eadē inculcando spūs  
 Aures ipsius rasimus: at semper irritis  
 Aërem nequicquam feriebamus iictibus.  
 Ægi. Mirum est hominem adeò sue sententie  
 Acat. Esse tenacem, ut ne optima quidem consulentia  
 lab. dim. Dignetur acquiescere:  
 Quid facias huiusmodi hominibus, sua  
 Dementatis pertinacia. Deum  
 Oremus, ut temerariam eius confidentiam  
 In meliorem vertat quām nos remure exitum.

ACTVS

## ACTVS I. SCENA VII.

TOBÆVS, ANNA.

oraꝝ ortes.

**C**V' M' mecum sceleratos mortalium mores  
 Perpendo, non possum quin defleam nostrę  
 Adeò deploratum etatis statum. Quid non  
 Audent homines peruerſi: quod scelus quamvis  
 Abominandum perpetrare cunctantur.  
 Dura quidem nos Israélites semper  
 Hos inter Niniuitas paſi sumus: nonquam  
 Tamen atrox efferaſe incanduit gentis  
 Crudelitas in nos immanis, quām nunc.  
 Profecto non parcunt nobis magis, quāmſi  
 Illis res eſſet cum pecudibus, aut brutis,  
 Id esse verum haud diffitebitur, quisquis  
 Huic trucidati vndiquaque differtum  
 Vulneribus corpus intuetur. Heu quisnam  
 Tam diras nō execretur manus, tale  
 Que non erubuerint facinus? Vide te oro  
 Quām fœde, ac turpiter cadauer hoc omni  
 Ex parte sit laniatum, quām nihil tote  
 Ille ſum corpore relictum? a truci credas  
 Vrſo diſcerptum. Tam inſandum Deus cernis  
 Et impunitum rellinquis scelus? An. Quisnam hic  
 Stomachatur? Hem marite mi, quid eſt queſo  
 Quod tantopere iratus incusas? ſatin' ſalve  
 Res? quid taces? Tobæ. Quid incusem rogas? ecce

Quām immaniter hic noster amicus trucidatus  
Sit. An. Me miseram, interij. Quis ausus est hoc tam  
Horrendum facinus. Tobæ. Quis nisi quispiā ex hisce  
Niniuitis? quorum acerbitas inardescit  
Iam pridem in nos semper ferocius. An. Ne iste  
Quauis tigri fuit crudelior. Verūm  
Quis ipsum huc deuoluit? nam modò foras forte  
Dum prodeo, conficiebam nihil. Tobæ. Credo.  
An. Ehem, quid conticuisti? Tobæ. Iam audies rem  
omnem.  
An. Quando tandem? perij. Tob. Modò prædio vixdū  
Incepto, accurrit ad me filius, clamans  
Quendam ex consanguineis, non ita procul nostris  
Ab adibus misere iacere confectum.  
Hic ego relicta mensa, protinus rectâ  
Eò me confero. Ac primùm quidem cedem  
Contemplatus omnium immanissimam, multum  
Diuq; fleui: mox sublatum in humeros, huc  
Ad nos deportaui cadauer. An. In quem usum  
Cedo? Tobæ. Quò sub noctem clam sepeliam. An. hem  
demens,  
Sepelias? Tobæ. Quid ni timida. An. Vide quid  
inceptes.  
Non te latet quantopere interminatus sit  
Affrye Rex, ne quis nostrarium tentet  
Israëlitarum cadauera usquam clam  
Defodere: idcirco, si sapis, caue: ne & nos  
Simul omnes tecum perdas. Tobæ. Nihil agis: nunquā  
Defunctos hoc obsequiū genere desistam

Prose-

Prosequi: etiam si mille tyrannus intentet  
Cruces. Quamvis mortem minitetur, in morte  
Nihil est quod magnopere metuam mali. An. Mi vir,  
Si tibi consultum vis, sententiam muta. Ah,  
Quām vereor ne hoc quantum nunc tibi sedet cordi,  
Tanum nobis propediem incommodeat. Tobæ. Perigin  
Mulier esse? ullamne unquam ego volui rem, in qua  
Tu mibi non fueris aduersata? Quod si nunc  
Queram, quid sit quod peccem, nescias, in qua  
Re tam confidenter restas mihi. An. Eheu, quid?  
Egon istud nesciam? iam sepius demens  
Quid me solicitam habet exposui tibi. Tobæ. Mitte  
Malè ominarier: satis mibi que in rem  
Sunt ipsi perspicio. Quasi ante a nunquam  
Idem impunè à nobis sit factitatum. An. Non  
Nego, verūm hodie minus expedit. Tobæ. Abi stulta  
Nihil dicas: prestat Deo objecundare  
Quām homini: buic enim nostrum hoc gratum esse  
confido  
Beneficiolum. At satis, superq; cessasse  
Hic videor, ne quis rem forte subodoratus,  
Maiestatis lese nos deferat. Corpus  
Interea hoc auferam mecum domum, vt noctu  
Semotis arbitris clam sepeliam: nam quod  
Cauere potest, stultum est admittere. Hinc, ad relictos Sept. tres.  
Me conferā amicos, quos vereor ne mea mora offendat  
An. I sane. perij, iam mihi videre videor cladem  
Ex huius temeritate breui profectaram.  
Deum immortalem adeón pertinacem esse

B 5

Homī-

Hominem adeoq; in exorabilem, ac durum,  
Ut neque lachrymis, neque precibus licet blandis  
Magis moueat quād saxum? O gravis luctus.

## ACTVS II. SCENA II.

## S A R A.

Senarij & octonarij.

**N**Æ ego omniū puellarū meritū sum infelicissima,  
Superū iniūsa pariter ac mortalibus.  
Vitam debiscat terra, meq; absorbeat  
Suo biatu: usque adeo huius vite vndiquaque calamitatibus  
Referte pertusum est. Eheu, me infelicem, nihil magis  
Optem, quā bis miserijs in deterius semper glisceribus  
Quam occissimē defungier. Mors si concedatur, mihi  
Quouis beneficio futura est gratior.  
Nam quid tandem est, quod in hac vita esse diutius  
Velim? quoquouorsum foras perspexero, passim irrideo  
Misera, ac conspicuor ab omnibus: immo, quod est longe crudelius,  
Cuncti me ut portentiuū execrātur, horrent ut veneficā  
Quin & diris ut parricidam deuouent.  
Utpotē que septem mihi coniugij fēdere  
Coniunctos adolescentes, iam vsu matrimonij frui  
Meditantes, prima nocte omnes immaniter  
Trucidasse existimer. At tu Deus cui vel intimi  
Humani pectoris patent recessus, scis me ab hoc scelere  
Esse

## SCENA II.

Esse alienissimam, meosq; mores omni criminē  
Impietatis vacare: ac me vitam nullis obnoxiam  
Facinoribus hactenus exegisse. Nunquam enim  
Quicquād in me admisi turpis: nec me iuuenculū  
Lascivioribus sodalem prebui. Sept.  
Sed impudicarum Deus commercium  
Cane peius, & angue semper vitaui, totos dies domi  
Me apud parentes cōtinens. Dūq; ille chorae ductilitā  
Viris commis̄te, dum voluptatibus, ac fœdis lusibus,  
Genioq; indulgent, ego parentum admonitionibus  
Morem gerens, tuam in nos beneficentiam,  
Conclave ingressa interius, supplex laudib⁹  
Confueui prædicare. Quod autem septies  
Coniugium auctoritate paterna repeti,  
Non tam explende libidinis, voluptatis ue gratia  
Quād sibolis procreande studio tentatum est. Nam in  
me Deus Sept.  
Omnis posteritatis nostræ spes incumbit: nihil  
Parentibus meis præter me liberorum suppetit  
Amplius. Ast adolescentes septem, me quibus  
Nuptum locauerat pater, Dim.  
Non à me, vti probe nosti Deus, sed à caco demonum  
Principe necati sunt: quod bi fortasse me,  
Vel illis ego fuerim indigna: aut quod alteri.  
Me illibatam forsan reserues coniugi.  
Hec vtcung; Deus coniecturis assequor:  
Nam arcana tuis sensus consilia, ingeniali  
Nostrī viriculas longe excedunt: adeo ut si scrutarier  
Tuam quis anxie tentes sapientiam,  
Vel

*Vel talpa protinus reddatur cecior.*

*Quapropter mi Deus si unquam tibi placuit quod sedulo*

*Egi hactenus, si nondum nos in totum auersari, precor  
Ut me vel illicē perinas, atque his consutijs, quibus*

*Infelix iam passim lacesor, eximas.*

*Aut si tuam pater promeruisse videar clementiam,  
Facilem queſo meis tandem querelis aurem prebeas,  
Meisq; os obtures obtrectatoribus: quo definant  
Suis me poſthac immerentem traducere mendacijs.*

## ACTVS II. SCENA II.

RAGVEL, SARAH.

Eiusdem rationis.

*Q*VA M hic audio eiulantem, & calamitatem  
deslentem suam?

Mirum ni filia est: certè ipsa est: facile diuinaueram.  
Sed abitum parat, accedā propius, ac cōpellabo. *Quid est*  
*Filiola mea quod te excruciat tantopere, vt omnia que-*  
*ſtibus,*

*Suspirijsq; compleas? Sar. Pater, ah, rogitas? quasi mihi  
Querendi iusta deſit cauſa. Rag. Nata mea, non me  
latet*

*Quem indigna ſiſ paſſa: at quid vanis proderit  
Excarnificasse animū querimonij? parum ex ſententia  
Cum res ſuccedunt, mentem conſolari conuenit  
Spe fortune ſecondioris. Nam velut*

Sept.

Sum-

*Summa in rerum proſperitatem frequenter infelicitas  
Scazon.*

*Excipit, ita extremitate infortunij casum*

*Non raro inſperatum conſequitur gaudium.*

*Sar. Quod mihi queſo conmemoras gaudium pater?*

*Iam pridem de nobis actum eſt. Quare nihil*

*Malim, quād ex hiſce quamprimum ſubduci calamiti-  
tibus.*

*Rag. Ah, mitte deſperare: nam quod nobis diſſi-  
cillum*

*Videtur, à Deo vel ſolo nutu preſtari potest.*

*In hunc omnem tuam fiduciam tantum fac conferas,*

*Cui quid nobis, tueq; ſaluti maximè*

*Expediat, exploratorium eſt: nec quenquam ſoleat*

*Affligere temere: non enim noſtre ſludet*

*Perniciei, aut exitio, ſed ſaluti potius, &*

*Licet ea que nobis in hac vita, obtingunt, dura, aſpera qd Sept.*

*Frequenter videantur, minime tamen incuſandus eſt*

*Deus:*

*Vt pote qui norit optimè, quid hominibus potiſſimum*

*Conducat. Atque ideò quemadmodum probus*

*Medicus, non dulcia ſemper animo aegroto, at amara ſepiuſ*

*Mifcat pharmaca. Sar. E quidem nil refragor pater: &*

*Scio Deo ſic viſum eſſe: at que tot ſimil*

*Sufficerit erumniſ, & contumelij;*

*Uincunque crebre tolerandum eſt orbitatis tedium,*

*Trifisijsq; peremptorum tactura coniugum,*

*Si non meos ſponsos malis ipſa occidiſſe dicerer*

*Artibus. Ehen, que non paſſim coniucta,*

*Et ſcom-*

- Et scommata in me coniunctunt homines vanisimi: qui-  
bus  
Non traducunt dicterij? Quin nomen commutant  
mibi,  
Pro Sara appellantes Zaram: videlicet parricidij  
Facinus exprobrantes. Hoc est quod mentis agititudine  
Exasperat, nec sortis me sinit obliuiscier me.  
Rag. Durum quidem anime mi fateor, sed leuius fit  
patientia,  
Sept. Quicquid nefas est corriger. Nec nobis in manu est  
Quid dicant homines, sed ne id iure obiecerint  
Summa adhibenda est cautio. Quapropter oro patien-  
ter feras,  
Non frustra culpes quod nequit mutarier:  
Latura patientiae aliquando abunde magnū prēmium.  
Sat. Age pater, dabimus operam: at nunquid aliud est  
quod me velis.  
Rag. Sequere me intrō, iam dudum enim te mater  
expectat domi.

## ACTVS II. SCENA III.

TOBÆVS, ANNA.

Eiusdem generis.

DEV M immortalem quidnā hoc obsecro mali est?  
Que h.ec est calamitas? oculi proficiunt nihil?  
Visus planè perijt? quo me vertam miser?  
O dolor, Ec quis me vñuit infelior?

Perij,

- Perij, pessimè hodie hic dies mibi illuxit.  
An. Quis h̄c vociferatur pro foribus? mi vir, hic  
Quid insolens sibi vult questus? quid deest  
Tibi? satī sanus? Hei mibi, quisnam tsum  
Fimo sed davi vultum? quid connuent oculi. Tobæ.  
Ah, occidi

Miser, lumen, quo nihil est homini charius,  
Mibi infelici penitus eruptum est. An. quid ais? hem,  
Numnā perimus? quid terram prospectas? erigito caput  
Obsecro? quid obueris mibi occipitium, an te tui pudet?  
Tobe. Quid faciā infelix: vix sū apud me, ita hec mibi  
Mente penitus eripuit inexpectata calamitas. An. Deū  
Immortale quid hoc mōstri est? homo planè excēcat⁹ est  
Sed unde queso mi vir hoc tibi profectū est infortunū?  
Tobæ. Aliquantulū permitte ad me vt redeam, audies  
Rem omnem. An. O miseriam. Tobæ. Totam hanc  
noctem propemodum  
Duxi insomnem, dum consanguinei nostri corpus sepelio  
Post multam tandem noctem ad somnum me compo-  
sui: cumq; iam

Paucas quievisse horas, expurgis cor denud: ac statim  
Apertis illabitus oculis auricularum, quæ forte clam  
Me parieti cervicali meo contiguo adhærebant,  
Stercus calidū. hic ego simul & inopinato casu, & gravis  
Dolore examinatus, e lecto prouolo, meos  
Identidem oculos suffricans: at quo magis  
Illap; um eluere simum enitor, hoc video minūs.  
Quid hoc? an non prodigijs simile? An. Me miseram,  
occidi.

*An quicquam mentiebar tunc, cùm quiddam nobis  
tristius*

*Impendere augurarer? ô miserum vessillonem: vide  
Queso quām magnificum tibi pro tot, tantiq; officijs  
tuis*

*Deus retulit premium? Nunc animaduertis arbitror*

*Deo displicuisse quod hactenus egeris: neque enim bo-*

*num solet*

*Vnquam malo compensare. Tobæ. Ah, mitte obsecro*

*Conuictiarier, satis me excruciat infortunium*

*Meum, etiam si tu exprobrādo non refices. An. In nunc,  
& Deo*

*Tuum hoc beneficium iacta gratissimum*

*Fuisse. Viden' quām ridicula tibi persuaseris miser?*

*Piscator posthac ictus sapies. Tobæ. Vab, nihil*

*Vnquam cuiquam tam accidit infelicitate*

*Vt defint, qui malum suis exasperent conuictijs.*

*scazon. Verū id demū dolet impotentius, si quem  
Aequum est consolari, is exitudinem conduplicet.*

*An. O ingentem confidentiam: num cogitat*

*Quid dicat? num facti piget? Quod si meis*

*Aliquando consilijs mos eſet gestus, ah,*

*Facilè hoc declinassemus infortunium.*

*Nunc pro tuo peccato ego supplicium quoque*

*Suffero, cui eadem mala, bonaq; tecum semper tolerā-  
da sunt.*

*Tobæ. Parūm est, vt audio, esse infelicem, nisi*

*Culpa insuper infortunium istud cōmeruisse existimer.*

*Quasi quotidiana non abunde doceat experientia,*

*Deum.*

*Deum quod quenquam plus diligit, eum hoc affligere  
sapius.*

*Ad immortalitatem non nisi per erumnas patet aditus*

*An. Enim uero probè facis, qui te paras*

*Ipse consolarier, nam omnes noti, atque amici deserunt  
Te, nec cuiquam iam Tobæ in mentem venit.*

*Perge tua profundere in homines ingratisimis: Troch.*

*Cum alijs pro sis, tibi ipsi paupertatem accersere. Nunc  
vide*

*Quopactò huic aduolent, tuis vicijs calamitatibus*

*Auxiliaturi: audin? pultando nostras effringunt fores.*

*Quod si nunc suppetas isti quod quondam insumptum  
est palponibus,*

*Minus deploranda eſet hec tua cæcitas.*

*Iam nihil opis reliquum eſt, cum oculis & rem simul*

*Amisi. Cuius nunc auxilium imploratus es miser?*

*Planè ad restum tibi iam res rediit: aut iejunandum  
erit.*

*Posthac fortiter, aut mendicandum: utrum manus eli-  
ge. Tobæ. Tace*

*Temeraria, nil me tua mouet procacitas.*

*Idem animus in paupertate erit, olim qui in diuitijs fuit*

*Deus etiamnum vivit, cuius in me munificentiam*

*Nondum sensi claudier: huic fido, tu modo*

*Desine tua hac vti lingue petulantia.*

*An. Hem desino: tu vide quopactò effugias inediām,  
tibi*

*Quam iā imminere denūcio: ego mihi facile prospexere.*

## ACTVS II. SCENA III.

TOBÆV.S.

Septenarij.

**S**V M E Deus vt tua ope declinavi pericula  
 Frequenter maxima, euasiq; persequentium  
 Dolos, ita nunc tuo pater permisso, denud  
 In triste hoc cœxitatis illapsus sum incommodum.  
 Absit tamen vt te incussem, vel tuis obmurmurem  
 Rationibus, cum nihil in rerum natura æquius  
 Aut iustius te existat: cumq; tua mortalibus  
 Planè inscrutabilia sint consilia. Nec diffitcor  
 Peiora me commeruisse: ast & hictuam Deus  
 Facilitate, & clementiam agnosco. Heu quoties tu ego,  
 Tum maiores mei precepta tua negleximus:  
 Quoties tuis aduersantes admonitionibus,  
 Diuinæ post tergum leges reiecimus? adeò vt  
 Nos ceterarum nationum contumelij,  
 Dictérijs, probrijs, ac fabulis subieceris.  
 Quod si tuum tu persecutus ius, paenam vitij  
 Nostris dignam inflixisses, iampridem cuncti simul  
 Troch. Cum impio scelerate Sodoma populo in Tartarum  
 Essemus precipitati. Quare insigniter improbus  
 Sim, si commeritus longè atrociora, tam leuem  
 Odo. Patris correptionem infracto animo recusem perpeti.  
 Tibi me totum dedo Deus optime, tu eq; me  
 Tutele committo: tu quicquid expedire mee  
 Saluti cognoueris, imponito: vt potero, feram.  
 Hoc tatu vnu (vt veru fatear) animu haud mediocriter

Angit,

## ACTVS II.

**A**ngit, quod hanc oculorum iacturam mihi mea  
 Dicatur conciliasse supersticio: quod ab omnibus  
 Non iam dico malevolis, sed ab amicissimis quoque, Troch. duo.  
 Immo ab ipsa vxore salibus, ac ludibrijs miser  
 Incessor insuper. Vbi nunc est, inquiunt, Deus  
 Tuus, cuius fauorem tam ridiculo tibi  
 Gratificandi generè conatus es e blandirier?  
 Vide miser quam præclarum, atq; magnificum tuus  
 Periculus, ac clandestinis laboribus  
 Si sequutus præmium? quod si nostris precibus  
 Te aliquando præbuisses morigerum, facillime  
 Calamitosum istud declinasses infortunium.  
 Nunc periculæ tua penas das, & sapis  
 Accepto vulnere serius infelix. Huiusmodi  
 Quis obsecro moueatr conuictus Deus?  
 Quis tam manifestam non excretetur blasphemiam?  
 Heccline mihi audienda erunt post hac sepius? Viuam  
 Ita diuine voluntati visum sit, vt  
 Ex his quamprimum me subducas contumelij:  
 Iampridem enim huius vite pertusum est.

## ACTVS II. SCENA V.

TOBIAS, TOBÆV.S.

Senarij &amp; Septenarij.

**A**VDIRE mihi  
 Visus sum vocem patris, atque eccum. Salve plu-  
 rimum

Pater obseruande. Tobæ. Nata mi salue, aduenis  
Oportune: iam enim te iussissem accersi. Tobi. Bene  
Igitur habet, quod inuocatus vltro accesserim.  
Sed quidnam est mi pater quod me velis, lubens  
Quicquid precepere exequar. Tobæ. Nihil, nisi  
Vt mihi paulisper aurem accommodes, modo  
Tibi quod ex vsu sit futurum maximè  
Instillauero. Tobi. Pater hic sum ubi voles. Tobæ.  
Attentius

Igitur ausculte, & quicquid dicturus sum, fac tuo  
Penitus infigas pectori, ne vnguam excidat.  
Mi fili, que mea sit etas vides: mors aut iam aderit,  
Odonar. Aut certè longius abesse haud potest. Quapropter cum  
Deus

Me ex hoc molesto sustulerit corporis ergastulo,  
Vide vt, paternæ erga te munificent memor,  
Corpus meum honorifice sepelias: & matri tue  
Reuerenter te per omnia obsequenter prebeas:  
Iamq; caue à te segreges, aut deseras  
Dum viuet vnguanus: sed senectutem illius  
Tua souebis, sustentabisq; adolescentia.  
Præterea nata mi amittere pro viribus  
Ne quando dicto, vel factio offendas Deum:  
Sed vitam dege nulli ritio obnoxiam.  
Sic omnia tibi cedent ex animi sententia.  
Quod autem suppeditatur à Deo, caue  
Inutiliter profundas, aut attentius  
Domi accumules: verum quod super est, liberaliter  
Tenuioris fortune amiculis imperties.

Nam

Nam quid horum datur egestati, in Deum  
Ipsum erogatur. Hæc in pauperes benignitas  
Hominem ab interitu vindicat, & superstitem  
A morte, immortalemq; penitus efficit.  
Verum quod ad connubium attinet, eliges  
Tibi vxorem de genere tuo, ac prosapia  
Israëlitica, non exteram, vel à domo  
Nostra alienam: nam nos, vti nosti probè  
Vatum sumus progenies. Memoria repele  
Fili, quamodo maiores nostri repudiauerint  
Extranœorum affinitatem, uxoribus  
De gente sua domum ductis: & hinc est, quod  
In propagandis liberis fuere felicissimi.  
Quos si morum probitate, & vita sanctimonia  
Tibi imitandos proposueris, eademi, crede mihi  
Posperitate uteris, sibolemq; te, & maioribus  
Tuis dignam suppeditabit Dei benignitas.  
Ex alijs facito periculum, tibi quod ex vsu fiet.  
Quod tibi fieri non via, ne feceris alteri.  
Nam nihil impunitum relinquetur: licet  
Error videatur lenis, ac venialis: sua  
Tamen fili aliquando pœna expiabitur.  
Et eo genere prognatus es, vt oporteat  
Ab omni vitiiorum genere te esse alienissimum  
Omnibus amicum, facilem, ac comem fac te prebeas:  
Nullius aduersans ingenio, cedens culibet.  
Sic tibi sine inuidia laudem, & amicos facilime.  
Conciliabis quamplurimos. Ebrietatem haud secus  
Ac pestem deuita teterimam: nec luxui

Scazon.  
Odon.

Odon.

Indulgebis: sed grata tibi sit parsimonia,  
Quæ non abs re magnum vextigal dicitur.  
Culibet salubria adponenti, protinus  
Pareto reverenter, ac age gratias. Deum  
Imprimis obsecra, ut omnia tua consilia,  
Omo. Omnesq; conatus tuos sua secundet gratia.  
Horum fili quoad vixeris fac memineris.  
Tobi. Dabitur opera pater mi: sed nihilne est amplius  
Quod me velis? Tobæ. Est. Iam annus agitur vice-  
simus,  
Quod in Ragensi prouincia apud Gabelem mihi  
Cognitione proximum, argenti decem  
Talenta deposuerim: nunc quandoquidem eò  
Nobis res redit, vt pecunia sit opus,  
Distice quo pacto argentum istud queas ab eo  
Afferre, suo ipso redditio chirographo.  
Tobi. Lubens itineri accingar pater: at nescio  
Qua istud ratione occipiam: nam neq; illum, quæ vocas  
Gabelem noui, neque viam qua in Mediam  
Itur. Tobæ. Quere viæ fidum alicundè tibi comitem,  
Totiusq; itineris gnarum, atque ad me deducito:  
Numerabitur pretium quantum poposcerit.  
De repetendo autem nihil est quod sis sollicitus:  
Dic modò Tobæ filium esse te, marsupio  
Hoc, syngrapha que illi oblata, pecunia  
Sat scio, numerabitur propediem: nam vir est  
Probus admodum, ac fide plenus: cum videris,  
Dices hominem quantius pretij. Tobi. Age, pater  
Recta in forum hinc concedo, ut queram quempiam.

Sed

Sed quem video huc aduentare adolescentulum  
Ad iter accinctum? Tobæ. Quo tendat roga. Tobi. oao.  
Vbi proprius accesserit.

## ACTVS II. SCENA VI.

TOBIAS, TOBÆVS, RAPHAEL.  
Exāzovtes.

**S**ALVE hospes honorande. Tobæ. Quid? adestne  
mi fili?  
Tobi. Adest. Tobæ. Salve adolescentes amande. Raph.  
Divine  
Vir salue plurimum. Tobæ. Frustra mihi salutem.  
Precaris ô bone, cùm omnia mihi succedant  
Parùm feliciter: quem si salus saluum  
Vellet, nunquam oculis orbassem senem. Rap. Fac sis  
Animo bono, breui tempus aderit, lumen  
Tuis oculis quo restituet Deus. Tobæ. Faxit  
Ita pater calestis. Sed quò tibi iter est nunc?  
Raph. In Medium recta. Tobæ. Ehem, in Medium?

Raph. istuc me  
Vocant negotiola quedam. Tobæ. Iocone istud,  
An serio inquis mi hospes? Raph. Quid mihi lucri  
Sit, si mentiar? id quod res est loquor. Sed quid  
Hæc noua sibi vult commutatio frontis?  
Quid applausisti? qui due estis alacres? Tobi. Nunqua  
Ego vidi commodiorem hominis aduentum.  
Tobæ. Filius hic meus eodem iter parat. Quid si

C 4

Hunc

Hunc imperitiorem tibi viae asciscas  
 Comitem? vbi redieris quicquid pretij à me  
 Optaris, id optatum feres. Raph. Nihil vile  
 Moror lucellum. De mercede agemus tunc,  
 Cùm filium redijſſe videris saluum.  
 Tobæ. Istud quidem fiet nunquam. Raph. Causa  
 quicquam  
 Diffidas. Pulchre omnes calleo vias, hasq;  
 Regiones peragunt frequentius: nulli  
 Eum commiseris tutius. Tobæ. Amabò hospes  
 Cuias es? aut quibus parentibus quoſo  
 Prognatus? Raph. Quorsum id percontare? n̄ refert  
 Ad id quod agimus nunc. Tobæ. Aueo tuum ſcire  
 Nomen, terramq; natalem, parentesq;  
 Tuos, priusquam committam tibi gnatum,  
 Cuius ſalus mihi mea ipſius vita  
 Potior eſt. Raph. Ne te ſollicitum habeam, noſtin'  
 Hananelem, ſenem illum dico, de stirpe  
 Solomithi maioriſ? Tobæ. Quid ni, meum tanquam  
 Hunc filium: quandoquidem mihi cum eo magna  
 Iam inde uisque à pueritia fuit ſemper  
 Familiaritas. Raph. Illius ſum filius Azarias.  
 Tobæ. Hem quid aii? igitur ſanguine mihi coniunctus  
 Es. Raph. Eſt ut dicis. Tobæ. Sed ne id mihi precor  
 frater  
 Succenſas, quod curiosius stirpem  
 Tuam expiſcari non erubuerim. Scis quām  
 Non ſit tutum cuiquam hoc rerum ſtatū quicquam  
 Committere ignoto: & cure eſt mihi gnatus.  
 Raph.

Raph. Patris probi fungeris officio. Tobæ. Ego dra-  
 chmam  
 In singulos tibi pendam dies. Raph. Mitte  
 Inquam pretium. Tobæ. Quin beneficium hoc tibi  
 faxo  
 Ut dicas pulchre fæneratum, vbi natum  
 Reduxeris in columem. Scio te mea nunquam  
 Antehac uſum neceſſitudine, memorem  
 Me dices, ac gratum. Raph. Facile de eo inter nos  
 Conuenerit vbi fuerimus reuerſi. Nunc  
 Ut ſe gnatus pareat tantum iube. Tobæ. Hem fili  
 I intro, ac protinus ad iter para te: ne  
 Quid huius cominodum tua remoretur cunctatio. Odon.  
 Tobi. Fiet.

Trochaici cataleptici, partim ſenarij, par-  
 tim ſepentarij.

**Q** V' A' M ſepe accidunt mi adolescentes que non  
 aud eas  
 Sperare? Oh, vix verbis poſſum conſequi  
 Quantum hic inopinatus aduentus tuus mihi  
 Gaudij attulerit. Raph. Credo: ſed iſtud quicquid odon. duo  
 commodi eſt  
 Mi ſenex, vni Deo acceptum referri conuenit.  
 Tobæ. Hē, nunc demū mihi lubet viuere, poſtquā mea

*Ex progenie talem te cognouero  
Prognatum. Fac eo semper sis animo, & omnia  
Quocunque optaris, tibi optata adferet Deus.  
Tobi. Hem adsum pater, haud male ut opinor ad viā  
Instructus. Tob. Bene factū fili. Tobi. Iādūdū mee  
Matri, dam viaticum numerat, vale  
Dixi. Tobæ. Faxit Deus optimus ut in columnes breui  
Redeatis ut erg. Tob. Vale mi pater. Tob. Fili bene  
Vale. & Adolescens, tibi committo filium meum,  
Tu fac eius curam agas. Raph. Curabitur probē.  
Tobæ. Hem puer concede huc, meq; intrò reducito.*

## ACTVS III. SCENA I.

TOBIAS, RAHPAEL.

Eiusdem generis.

*A PPETIT vespera frater, laſſumq; longa me  
Reddedit proſectio. Raph. Ad Tigrim deuenimus  
Commorandi hic commodus dabitur locus.  
Tob. Tu me deduc ignotū. R.a. hospitē probū dabo. ad  
Proximas has edes si videbitur  
• 420. Diuortamus, quarum ſemper hofſitio feliciter  
Vſus ſum. Tobi. vbi voles, nihil in me erit mor.e.  
Sed priuſquam diuortamus quopiam,  
Ad flumen concedamus rogo, ut pedes.  
Sudore, ac puluere turpatos abluam. Raph.  
Ut lubet, ſequar quoconque vocaueris. Tobi. Annis hic  
• 420. Non fastidiendum prebebit refrigerium mibi.*

ACTVS

## ACTVS III. SCENA II.

ANNA. Octonarij.

*N VN QV A M mibi ſenectus riſa eſt onus & que  
miferum ac modū,  
Postquād ad etatis inuaſcentis non pauca incom-  
moda  
Multò p. et creād asperiores ſuper ſalute filij  
Accedunt ſollicitudines. Nunc demum ſentio misera  
Quantus ſit erga liberos parentum amor: vix unquam  
animus  
Quiescere ſuſinet: adeò mihi videtur durum, ac graue,  
Dulci ipsius p. reſentia frui non poſſe. Immo haud parū  
Anxia ſum, ne alicubi algeat circumuentus. Multæ ſimul  
Cōcurrūt ſuſtiones, que meū animū diuerſum trahūt  
Vt crepidines periculoſe, adolescentis parū  
Circuſpecti imperitia: tu hofſeps cuius fidei creditus eſt,  
Ignotus. Sed quid ego nunc dicā de marito, qui illum eō  
Vilis luſcelli gratia protruſit? ah, tantāmne rem  
Tam negligenter agere? ſaltem ſpectat e. fidei viro  
Commiſſifet, cum ipſi ſalute filij pecunia  
Prior eſſet. O infatūabilem habendi ſitum.  
Quasi non multo ſatiuſ ſit pauxillulum  
Perdere pecunia, quam filium, vnicam  
Noſtre ſenectutis requiem, vite ſubire periculum.  
Cuiſi quid, quod Deus prohibeat, aduersi in via accidat  
Actū eſt, perij: mori malim, quā illi ſuperficies viuere:  
Adeò nihil ſine eo mibi in hac vita dulce, aut amabile  
Videtur.*

Scena. tres.

*Videtur. Sed quid me ipsam in anibus exscrutio querimonijs?*

*Quicquid id est quod sors feret, infra dicto prestat animo perpetui.*

## ACTVS III. SCENA III.

TOBIAS.

Trimetri partim recti, partim σκαζόντες.

**Q** VID quisque vitet nunquam homini satis cautum est.

Me miserum totus horreo, postquam mihi  
Triste illud succurrit periculum. Deum  
Immortalem, planè perieram, ni AZarias  
Meus mihi succurisset. Modò in Tigris  
Dum me lauo, piscis quidam immanis, ex imo  
Prosiliens gurgite, me omnis infortunij  
Maliq<sup>s</sup>, securum, inopinanter hiantibus  
Inuadit fauibus. Hic ego formidine  
Exanimatus, truculentam beluam branchijs  
Corripio, AZarie inclamans opem: cuius  
Auxilio superior euadens, prostratam humi  
Conficio, confectamq<sup>s</sup>, exentero quantum  
Possum, cor & fel palpitanti detrahens:  
Que vsum suum in medicina, ut is asserebat, sunt  
Habitura: atque hac de re in itinere plura mihi mox  
Se narraturum promisit. Sed ecum, ipsius  
Foras egreditur.

ACTVS

## ACTVS III. SCENA III.

RAHPAEL, TOBIAS. Trimetri.

**H**EM frater, rursus ad iter  
Paremus nos, rectaq<sup>s</sup>, pergamus Ragem,  
Nusquā cunctantes. Tobi. Adsum Domine, consequar  
Quocunque vocaueris. Sed hoc mihi expedi  
Amabo, quodnām tandem facies pharmacum  
Ex hoc execto pīcis corde, ac felle? vix  
Credas, quantopere id narrari mihi cupiam.  
Raph. Nil te celabo mi frater, namq<sup>s</sup> huic tibi  
Non vulgare ariolar oriturum gaudium.  
Tobi. Vtinām augur sis verus. Raph. Cor presenta-  
neum

Habet remedium, ad exigendos impios  
E corporibus mortalium cacodemona.  
Fel autem medicatur oculis albugine  
Obdūtis. Tobi. Hem, quid ai<sup>m</sup> patre periculum  
Faciam domum reuersus. Raph. Admiraberis,  
Vbi videris rem. Verūm iam peruenimus  
Ecbatana, neque procul ab edibus tuis  
Cognati Raguelis absimus: igitur  
Huc recta concedamus. Tobi. Placet. Raph. Ac-

commoda  
Aurem, teg<sup>s</sup> attentum prebe, quod audies  
Iam, ex vsu tibi futurum est maximè. Tobi. Ar-  
saxon.  
rex  
Vtramque, tu vbi voles exordire. Raph. Hic tuus  
Cor-

Consanguineus Raguel vnicam habet filiam,  
Nomine Saram, egregia forma iuuenculam,  
Bonam, bonis prognatam, & dotatam probè.  
Tobi. Parentum virtus, castitasq; maxima  
Puelle dos est. Raph. Moribus in super adeò  
Modestis, ac venustis, vt nihil supra.  
Tobi. Audio. Raph. Sedulò agam cum eo, vt in ma-  
trimonium  
Hanc tibi det: tu te idem velle fac intelligat.  
Non denegabit sat scio: nec si velit  
Maximè iurè poterit. Nam preter ius tuum  
Nil postulas: tibi enim debetur: ut pote  
Qui ei cognitione, ac genere proximus  
Es, nec eam contra preceptum Mosaicum  
Alienigenæ nuptum locabit coniugi,  
Nisi crimen capitale velit incurvare.  
Tobi. Nil malum frater, quām hanc vxorem ducere,  
Sed restat scrupulus, qui animum male habet meum.  
Raph. Fcessant scrupuli, quid timeas scio. Tobi.  
Ferunt

Illam iam olim septem viris nupsisse, qui  
Omnes, dum vsu connubij frui parant  
Ab Asmodao principe cacodemonum  
Prisquam in complexum venissent, protinus  
Crueliter imperfecti sunt. Periculum  
Ex alijs faciam, mihi quod ex vsu fieri.  
Raph. Nihil est frater quod vereare, omnem tibi metu  
Ademero, meis tantum fac pareas  
Preceptis. Audi in quos ius habeat demonis

Scle-

Scelerati immanitas. Qui matrimonium  
Brutorum animantium ritu, libidinis  
Non prolii procreandæ gratia ambiunt,  
Diuini numinis immemores, bos impedit  
Immundus ille spiritus. Tu modò Deum  
Veritus, nō tibi, sed soboli complexū quere: & patris tui obo.  
In memoriam reuoca preceptum, qui tibi  
In terminatus est ne coniugem à tua  
Stirpe alienam vñquam duceres. Hec si tuo  
Infixris animo, nihil est quod demonis  
Exhorrescas insultum: protinus fugam  
Dabit, ubi te his armis instructum senserit.  
Quare cubiculum ingressus (nam compertum habeo)  
Illam te hac nocte vxorem ducturum dies  
Tres vide ab vsu connubiali temperes,  
Orationibus interea cum ea vacans.  
Secunda nocte in sanctorum patrum statim  
Admitteris consortium. Nox tertia  
Propagande demum soboli dicabitur.  
Huc ubi vos liberorum procreatio, aut  
Humane carnis illexerit infirmitas,  
Stratum primum relinquente, Deumq; humili  
Prolapsi supplices adorate, vt sua  
Vos dignetur clementia: impiumq; procul  
Pellat cacodemonem. Simulq; sumito  
Cor pescis, & binc sub eius vestes sufficium facito: quem obo.  
vbi  
Nidorem olfecerit Satan, perterritus  
Cubiculo cedet, fugietq; puellam illico:

Net

Nec reliquām repetet vñquam. Tobi. Deus bone,  
 Animus tremore simul & gaudio mili  
 Inhorrescit, dum tam prodigiosa audio  
 Te commēmorantem. Faxit Deus ut experiar  
 Propediem, hec a te fatidico ore dicier.  
 Sed quisnam ille senex, quem conspicio ex edibus  
 Hic prodeuntē, promissa barba ac senio  
 Venerabilem? Raph. Ehem, hic ip̄sus est Raguel, patri  
 Tui cognatus. Tobi. Quid audio? feliciter  
 Sane succedunt omnia, cum ille qui alioqui  
 Eset querendus, vltro nobis venit obuiam.

## ACTVS III. SCENA V.

RAGVEL, EDNA.

Septenarij, & octonarij Iambici, excepto  
 primo qui trochaicus est.

**Q**VOTIDIANAE lamentationes filie  
 Perpetuaq; orbitatis deploratio, me èo  
 Redigit infelicem, ut quid agam, aut vbi sim nesciam.  
 Nunquam tam manè eius cubiculum ingredior, neque  
 tam vesperi  
 Vnquam, licet de improviso, reuertor, quin conspicer eā  
 Singultientem, ac calamitatem deflentem suam.  
 Si quando lachrymantem consolari, ac agitudinem  
 Animi afflitti oratione pares lenire, nihil plus  
 Efficias, quam si aduersus stimulum calces, aut latrem

Laues,

Laues. Nec vñquam tam blandè dicere possum, se vt  
 respiciat,  
 Pectusq; inutili mœrore excarnificare desinat.  
 Altius animo inhæret dolc' quam vt euelli queat.  
 Me miserum, adeo rem redisse, vt vnde ali⁹ non me-  
 diocrem  
 Voluptatem percipiunt, hinc n̄ ibi gravis exundet dolor?  
 Iam olim cū mihi coniunx peperisset filiolam, Deum  
 Immortalem quantoper' mili p̄laudebam: atque adeo  
 gaudium ex  
 Ea mibi pollicebat perpetuum, ac bene stabile.  
 Que simulac grandiuscula esset facta, ita vt illius  
 Ingenium iam nosci posset, tum omnes omnia bona di-  
 cere, &  
 Laudare fortunas meas, qui gnata m̄ haberem

Catal.

Ingenio tali preditam. Verum ex ea miser  
 Quem nunc capio dolorem? facile hic plus malis est, quam  
 illic boni.  
 O celibatum quois potiorem connubio.  
 Sed video uxorem, quid dictura sit nescio. Edn. ma-  
 rite mi  
 Oportunè pol te hic stantem reperio. Mitio  
 Noster vicinus ait se cupere, vt ipsi operam des paulū:  
 Rag. Qua in re? Edn. Evidem nescio, nisi quod in-  
 ter hunc  
 Et Hegionem ortum sit nescio quid controversie.  
 Fortasse te ceperunt arbitrum. Rag. Demiror quid  
 sier.  
 Sequare euestigio. Sed quosnam huc aduentare video

D Ado-

Adolescentes ad nos, ni fallor, iter instituunt. Hē mane  
Paulisper.

## ACTVS III. SCENA VI.

RAPHAEL, TOBIAS, RAGVEL,  
EDNA. Eiusdem generis.

**E**GO hac de re hunc adoriar, tu fac dormias  
In utramque aurem: nam quod ambimus, facile  
imperabimus.

Pulchrè hominis sensum calleo, tu modo vide subseruias  
Orationi. Tobi. Laudabis. Si imperas, quid aliud  
Malim, quam hodie has fieri nuptias. Raph. Quin  
commodè

Eius quoque adest vxor. Honorande vir, salue. Tobi.  
Prcor

Tibi salutem matrona optima. Rag. Idem cum fænore  
Vobis reprecamur adolescentes humanissimi.

Quam bellè hic iuuenis Tobæum fratrem nostrum refert,  
Toto corporis habitu? eundem esse putes, etas si cōgruat.

Edn. Per omnia, ita me Deus amet, ei simillimus est.  
Cui.ites estis fratres, aut quibus nati parentibus?

Tobi. Ex captiuis Ninius agentibus, è familia  
Nepitalieni. Edn. Nullan? vobis est familiaritas

Cum Tobæo fratre meo? aut nostisne senem quempiam  
Eo appellatum nomine? Raph. Nouimus probè. Rag.

Quid audio?

Valētne? Tobi. Valet quidem, sed oculis orbatus est  
miser. Edn. Perij.

Rag.

Rag. O miseriam. Vah, dignus est fortuna meliore. Ne  
fatuus modi hominum iam nobis inge: spenuria est.

Vir est antiqua virtute, ac fide. Oh, nunquam mibi  
Quoad rixero, eius ex animo elabetur memoria.

Tobi. Tobæus hic quem vos fratrem vterq; appellatis,  
pater est meu.

Edn. Quid ais? Rag. Nil me fefellerunt oculi, dum  
te per omnia

Tobæo similem prædicarem. Bone Deus, præ gaudio  
Vix sum apud me: Tenéone te cognate mi: ab lachry-  
mas mibi

Ex oculis excutit inopinata hec felicitas.

Edn. O saustum ac felicem hunc diem. Rag. quis non  
miretur hoc

Tantum, ac tā insperatū bonum? Deū tibi mi fili precor  
Secundū, ac propitiū, quandoquidē ex integræ vite & viro

Prognatus es. Hem vxor quam primum intrò subduc ito  
Te, ac mactato ariete bene saginato, coniuium appara:

Mox simul omnes sequemur, ac hilarē sumemus huc diē  
Quid aliud volui dicere? hē, Mitioni facito vt nunties,

Mibi esse negotium, ne me expectet: sed huc  
Ad nos veniat, si quid habet serie rei.

Senar. duo.

## ACTVS III. SCENA VII.

TOBIAS, RAHPAEL, RAGVEL.

Trochaici cataleptici, partim septenarij,  
partim octonarij.

**N**UNC est tempus frater vt de matrimonio  
Sermonē inijicias, dum occasio fert, ac soli sumus.

D 2 Rap.

Raph. Tace, id ipsum in pectore agebam dudu. Rag.

Nil iamdiu mibi

Quod magis vellem euenire, euenit. O Deus

Serua obsecro nobis haec bona. Hem, intrò si placet

Commissatum concedamus. Raph. Paulisper mane,  
vt tibi

Commemorem, qua gratia huc ad te diuertimus.

Nam haudquaquam de nibilo est, quod tam longum  
iter suscepimus.

Rag. Atqui id à conuiuio narratius oportunius.

Nunc tantum vos prebete hilares, antequam hoc se  
gaudium

Aegritudo aliqua contaminet. Raph. Voluptate mili

Crede, geminabit, si facilem, & exorabilem

Te prebueris. Rag. Absit nostrum vt remorer com-  
modum.

Agedum, ausculto. Raph. Hic orat vt nuptum sibi  
tuam loces

Senar.

Filiam. Quid extimisti, aut quid rases

Mi senex? Quod metuis facile propulsabitur.

Nil me preterit quod te sollicitum habet. Age, desine

Tergiuersarier: Huic debetur iuxta Mosaice

Legis edictum, vt potè genere proximo, & pijs

Prognato parentibus, quapropter despone, vt simul

Iambi.

Leti omnes agitemus conuivium. Rag. Non dubito  
quoniam Deus,

Cuius inscrutabili consilio omnia geruntur, buc

Vos, lachrymis nostris tandem commotus, miserit:

Quapropter ne videar deopqxiv, lubens tibi

Tobia

Tobia hanc in coniugem tradidero: nam gener placet  
Vt qui maximè: sed est cur non expedit. Tobi. quid  
precor?

Rag. Non opus est prolato. Raph. Rem omnem no-  
menus.

Nihil erit periculi. Rag. Deus istos perdat inuidos,  
Qui haec libenter nuntiant. Tamen meum ipsius  
Circumuenisse nepotem merito credar, ni id proferam  
Denuò. Illam iam maritis septem, ne sis insciens,  
Non ita pridem in uxorem locauit, qui simul  
Omnes nocte prima, antequam ea essent potiti, à dæ-  
mone

Nescio quo sunt interfecti: quamobrem si tue  
Consultum velis saluti, mitte hanc rem, & affinitatem Acata.  
Tibi aliam, potiorem, ac commodiorem querito: nam  
sapit

Is mea sententia feliciter, periculo  
Qui sapit alieno. Tobi. Ah, nihil omnino me caco-de-  
monis

Terret assultus: Deo, qui me immunem hactenus  
Ab omni conseruavit infortunio,  
Hanc meam committo vitam: apud hunc tutum patet  
Innocentie confugium. Quapropter sine  
Té exorem: alioqui nunquam hodie tam blandè dices  
mihi,

Vt cibū tecum capiam. Rag. Ah, ne me obsecra, quasi  
Hoc tē orando à mie impetrare oporteat. Scio tibi  
Vni deberi, & nulli locauerim lubentius:  
Sed vereor vt in rem tuā sit. Raph. Erit, tantum Deo

Senar.

Fac cōfidas. despoēde. Rag. Age, nūl detrecto, despōdeo.  
 Tobi. Merito te diligo cognate mi. Accersi ubi.  
 Raph. Intus id cōmodius transfigetur. Rag. Vt lubet.  
*Quis me fortunatior si hoc coniugum feliciter*  
 Cesserit? Raph. Quām mox intramus? Rag. Hem pre-  
 cedo, vos  
 Me consequimini. Tobi. Deus vortat bene.

## ACTVS IIII. SCENA I.

## PHÆDRA, MYRRHINA.

Trochaici cataleptici, senarij & septenarij.

**Q**VI D. ais Myrrhina, daturne illa hodie hospiti  
*Isti nuptum?* Myr. Ita est. Phæ. Qui scis? Myr.  
 Hera mihi, forte dum  
 Modò fit obuiam, narrauit. Phæ. O senem  
 Audacem, o infortunatum adolescentulum.  
 Cui si exitium molaris, quò nisi  
 Huc infinges infelicem? Myr. Forfitan  
 Nunc quām quondam succedet felicius.  
 phæ. Scis quām feliciter? eodem præmio  
 Quo septem alij munerabitur miser.  
 Myr. Qui scis, nisi periculum sit factum? Phæ. At in  
 Adolescentem tam generoso id experir,  
*An non extreme cuiusdam insanie est?*  
 Non posse dignum facit herus, qui tam amabilem  
 Iuuenem ineluctabili periculo obiicit:  
 Ecce quām iniqui sunt homines p̄e studio, dum id  
 quod expertunt,

Effi-

Efficiant. Myr. Hem Phædra, satin' sana es, que hero  
 Maledicas? Vide ne lingua incontinentia  
 Tibi malum aliquod pariat. Phæ. Quid agam misera?  
 non queo

Quin lachrymem, cum mihi tam audax facinus venit  
 In mentem. Quid tibi nunc eius formam predicem,  
 Cum tute ipsa eum conspiceris modò?  
 Myr. Per liberalis visus est, Deos precor  
 Vt superstes sit. Phæ. Ne comparandus hic quidem  
 Est ad illos, quibus olim nuptum data est.  
 Verum vt sit superstes, in nobis situm est  
 Myrrhina. Myr. Cedo, qui sic? nam illi bene faxim lu-  
 bens.

Phæ. Rem omnem ipsi clām narremus: sententiam  
 Mutabit, ubi quod alijs factum est cognoverit.  
 Myr. Hau hau, sanāne es mea Phædra? an hoc tibi  
 Profereendum v̄sq̄am videtur? hem, vide  
 Quām rem agas. Phæ. Adolescentē ex morte reuoca-  
 uero

Ad vitam. Myr. Pol si sapi, quod scis, fac nescias:  
 Ne tibi officiosa ista tua incommodet  
 Curiositas. Phæ. Sane mihi cur.e est, quò hoc siet  
 Euenturum. Myr. Et mihi quidem. Verum quid hic  
 Ocioso diutius moramur, cum omnia  
 Intus persp̄ant undique tumultibus? hinc  
 Ocyus nos amoliamur: nolo me hic hera  
 Tecum garrientem conficiat. Phæ. I p̄e, se quar.

Iambla

## ACTVS IV. SCENA II.

TOBIAS, SARA.

Senarij, septenarij, &amp; octonarij.

**B**ONO animo esto anime mi, Deus dignabitur  
Sua nos misericordia, si nostris diffisi meritis,  
Ad eius supplices confugianus clementiam.  
Sar. Ita spero. Tobi. Procumbamus igitur uterque  
in genua, & opem  
Imploremus diuinam aduersus quam nihil valet  
Imbellis furiosi cacodæmonis ferocia.  
Humani generis conditor, ac propagatur Deus,  
Qui primus sacramentum connubij fædus  
Inter Adamum, & Euam generis nostri principes  
Sanxit, quæsumus ut hanc nostri matrimonij  
Societatem, quam iuxta diuinum tuum  
Decretum, inter nos hodie pepigimus, ratam  
Ac felicem, auctoratamq; atque liberis  
Fæcundam esse velis, impiumq; procul hinc arceas  
Hostem Asmodæum, septem interfectorum adolescen-  
tium:  
Ne in nos sua eadem immanitate utatur. Scis Deus  
(Nihil enim te fugit) me hanc non libidinis  
Sed sobolis propagande gratia duxisse coniugem  
Idq; ex Mosaice, atque Iudaïticæ  
Legis decreto sanguine, ac cognatione proxima  
In uxorem ascita. Quare nostri precor  
Misertus, ab hostili me dignare impetu tuerier:

Scazon.

Vt me

## SCENA III.

57

Vt me iam meditans adoriri, vires desideret suas:  
Deterritusq; fugiat, cum se inermem senserit.  
Sar. Amen. Tobi. Eamus nunc in conclave soror dile-  
ctissima,  
Vt iuxta Azarie preceptum ex corde pifis, hactenus  
Penes me in hunc usum conseruato, tuas  
Sub vestes suffitum faciam, atque ita Satane dolos  
In me intentatos eludam. Sar. Vbi voles, sequor.  
Deus nostris fauere dignetur conatibus.

## ACTVS IV. SCENA III.

RAGVEL.

Trochaici senarij, septenarij, & octonarij  
catalecticci.

**C**VM iam pridem mens aduersus erumnas, indies  
In deterius gliscentes occurrerit, nunquam tamē  
Talis animo incœfit solicitatio, ac modo:  
Adeo ut somnum bac nocte oculis non viderim meis.  
Quoquid ne verto, anxietas, dolor, metus  
Vndique circumuallant infelicem. Quam velim  
Has nunquam coiisse nuptias: non quod gener  
Aut affinitas dishliceat (nunquam enim magis  
Aptum, ac filie magis firmum dispexero virum)  
Sed quod adolescentulum mibi sanguine  
Ac cognatione proximum, insuper mea ipsius  
Filia haud minus charum, periculis  
Propemodum inevitabilibus obiecerim.

D 5

Eius

Eius me miseret, ei nunc timeo, is me nunc sollicitum  
habet.  
Quod vtinam nunquam suadere A[lexander]arie  
In mentem venisset, ne[re] cupidum me e[st]o  
Impulisset: quod mihi principium est mali. Ah, Deū mihi  
Iratum arbitror, qui huic auscultauerim,  
Qui tantas suis consiliis confecit mihi  
Sollicitudines: cui si restituisse pectore  
Infracto, nihil mihi nunc metuendum esset mali.  
Quin & ipse Tobias orare haud desstitut,  
Donec quod petebat impetraret. Quid tum? num illicò  
Morem gestum oportuit? Fuisset tum quidem  
Illi zgre, si denegasset: at bidui, aut  
Tridui hac tantum fuisse sollicitatio.  
Post rem secum recta reputasset via.  
Nunc nihil loci excusationi est relleictum: omnia  
Perturbauit, perdidit nepotem, fratrem filio  
Vnico fraudauit. Hem canitiem? Me quem prudentia  
Et longo rerum v[er]su solertem, ac vafsum  
Esse conueniebat, nihilo plus sapuisse, quam  
Vix egressum ephebiam, ac etate imperitum, denique  
In amore occupatum adolescentem? Modò  
Aderit vereor, qui ipsum ab Asmodeo demone  
Nunciet trucidatum: atque ideo negotium dedi  
Cuidam ex famulis, ut sepulchrum noctu clanculum  
Effodiat, quod ante exortum solis, si forte (quod Deus  
Auertat) perimitur, sepeliam: ne fabula  
Fiamus vulgi, magisq[ue] traducamur, ac probris  
Incessamur asperioribus. Sed quid sibi

Vult

Vult quod vxorem tam manè? quam besterno die  
Ob negotia culinaria ad multam noctem scio  
Vigilasse? Eheu, quam metuo, ne ex hac quod doleat  
audiam.

## ACTVS IV. SCENA III.

EDNA, MYRRHINA, RAGVEL.

Eiusdem generis.

HVC me sequere Myrrhina, est quod mandem.  
Myr. Hem impera,  
Ac puta factum. Edn. Quamprimum vise quomodo  
in filiae

Se res habeat cubiculo, num uterque viuat  
Nec ne: nā nimis sollicita sum misera, ac timeo omnia.  
Myr. Credo hera. Nihilne amplius est, per me quod  
curatum velis?

Edn. Nihil, hem, matura redditum. Myr. Iam iam  
adero. Edn. Ego interim

Hic tantisper dum redis, opperiar foris.  
Nunquā ita vt nunc an: nus spe, metu, atq[ue] gaudio fuit  
Perturbatus. Rag. Hem vxor, quopactō se res habent  
Intus? Num parum ex sententia? Edn. Ah marite.

Rag. Quid taces?  
Occuli miser. Ed. Equeidē ignorō mi vir, eoq[ue] Myrrhina  
Nostrae vt visat precepi, mibiq[ue] rem illicò renunciet.  
Illam hic opperior dum redeat. Atque eccam bonum  
Adepol, nisi quid me fallit mens, aportat nuncium.

Contem-

Contemplare vt gestiat. Rag. Mirum ni gaudio:  
 Procedamus ei obuiam. Myr. Vbi ego illam inueniam  
 cogito?  
 Ut metum in quo nunc misera est adimam, atque ani-  
 mum expleam  
 Gaudio? Rag. Huc buc Myrrhina. Myr. Hem mi he-  
 re, commode  
 Pol vtrunque vos referio: nuncium  
 Adfero, cunis vos participes fieri maximè  
 Optatis scis. Rag. Hem, viuitne? Myr. Viuit. Edn.  
 Quid, viuit? Myr. Valet  
 Inquam, ac viuit incolumis. Rag. Quid obsecro,  
 Num ludis tu nunc nos? Myr. Egōne vos! quamobrem?  
 Rag. nescio,  
 Lambi. Nisi quia quo impensis hoc esse cupio verum, eò vereor  
 magus.  
 Quis nobis felicior, siquidem tu hec vera predicas.  
 Edn. Oh, vide sodes, vt nobis certa nuncies,  
 Ne nos in falso*judicis*, breue coniicias  
 Gaudium. Myr. Ego' quicquam falsi dicam, aut  
 mentiri.  
 Misera, verissima comperies que adsero.  
 Dum ingredior gyn. ecum crepitum prohibeo cardinū,  
 Forisimque sonitum: hinc ad lectum placide suspenso  
 gradus  
 Ire perrexii, acceſsi, affiti, suauiter  
 Inuenio vtrunque cubantem. Quid hoc? Numnam vo-  
 bis parūm  
 Etiam exploratū videtur quod narō? Rag. Hem, satis  
 Certa

Certa omnia mea Myrrhina, hesitare dudum desij.  
 Sed quid ego tibi pro nuncio hoc donem? Myr. Nihil  
 Quidem: extra officium feci nihil. Rag. Ego te finam  
 Sine munere abire, ex Orco qui mortuum  
 Me reducem in lucem feceris? Edn. O festuſimū diem  
 Rag. Verūm Aザariam ecum video stare ante ostium:  
 in sinum  
 Huius hoc quod noctis sum effundam boni.  
 Edn. At nos intrò rectè concedamus Myrrhina, ut  
 Totam familiam delibutam reddamus gaudio.

Trimetri Iambici.

**A**d extremos vsque Ägypti simus, impium  
 Obtorto collo protraxi cacodemoneum:  
 Atque ibidem frustula conantem eluctarier,  
 Tam arctis colligauit compeditibus, vt hoc  
 Vnquam reuertit non sit integrum. At quis hic?  
 Hem, Ragueleſt Numnam hec audiuit? non arbitror. Sept.  
 Rag. Deus sum si nulla egritudo buic gaudio  
 Vnquam intercesserit. Raph. Quis hic se venditat  
 Beatum? Rag. Oh Aザaria, mecarum omnium  
 Voluptatum inuentor, scis in quibus sim gaudijs?  
 Scis Tobiam viuere saluum? Raph. Quasi nesciam  
 Aſsimulabo. Rag. Aſmodeo procul hinc in malam  
 Abacto rem? Rap. Hę, bene, ita me Deus amet, factū. scaron.  
 Rag.

Rag. Res nulla potest mihi tanta interuenire iam  
Ut agitudinem conciliet. Nescio  
oao. tres. Quid commenorem primum, aut quē laudē maximē:  
Illum qui mihi dedit consilium ut facerem, an me qui  
sum ausus id  
Incipere. Raph. Neutrum ô bone: Deo vni acceptum  
id fieri conuenit:  
Qui vestris cōmotus lachrymis aliquando vos resperxerit.  
Rag. Scio mi frater: neque hoc eō dictum volo,  
Quasi citra illius opem quicquam nostra valeat  
Industria. Da veniam, homo sum, humani nihil  
A me alienum: delirat lingua gaudio.  
Rap. Quin moderare affectibus: etenim vt virū decet  
Fortem, res aduersas infraictō perpeti  
Animo: ita nihil intolerabilius, ac Deo  
Magis iniūsum, quam dulci fortuna ebrium  
Secundus insolescere. Quapropter dum ego  
Intus quod restat perago, tu supplex Deum  
Interea comprecare, vt hoc tibi gaudium  
Velit esse perpetuum, ac stabile. Rag. Mones probè,  
Proin' & hic, & alibi tibi lubens obtulerero.  
Deum immortalem quanto mihi nunc plus sapit  
Hic adolescent, quā egomet mibi? quā prudēter cōsulit?  
Quām comiter simul, ac salubriter increpat?  
Quām perficit omnia in occipitio oculos quoque  
Habere hunc verē dixeris. Vab, me mee  
Pudet canitiei, cum iuuenem impuberem  
Etiamnum, longē plus sapere conficio, quam  
Me senem: cuius prudentia adolescentium

Moderari

Moderari conueniebat insipientiam.  
Sed commode venit in mentem. Heus Puer octus  
Ad Sosianē propera. Pue. quid vis dicam? Rag. Vs  
statim.  
Sepulchrum quod modò effodi preceperam  
Tnicta terra obducat denū, ac solum  
Scite exequet, ne vllum exstet vestigium. Pue.  
Abeo.

## ACTVS QVARTI SCE- NA SEXTA. RAGVEL.

Senarij, Octonarij, & pauciores Septena-  
rij.

S A T I S superiq; iam datum est affectibus:  
Nunc celebrandus est mihi Deus, qui me sua  
Dignatus est munificentia. Ago tibi gratias  
Ioua Parentum nostrorum Deus, qui in me  
Tot vndique circumseptum calamitatibus,  
Tam immensa subito contulisti commoda:  
Qui me ex morte in lucem, qui ad vitam ab inferis  
Reuocasti. Sed quid ego te laudem mi Deus?  
Ab, nunquam tam magnificè quicquam dicam, quin  
benignitas  
Id supereret tua: nam maior est tua erga nos clementia.  
Quām ut humana lingue preconio celebrari queat.

Scaron.

Tue

Tua unius opera extuantis pelagi fluctibus  
Exemptus, in columnis in portu nauigo.  
Tuū muneris est quod nostrae perniciē familie  
Asmodæus, hisce electus edibus, procul  
Hinc turpiter exulet: tibi canuntur opinio[n]es:  
Tibi triumphus debetur soli, nihil  
Etenim hic est, nostræ quod sibi vires arrogant.  
Tu vnigenitos duos miseratus hanc nostram domum  
Ab impuro caco[do]ne vindicasti: tu mihi  
Talem dedisti generum, qualem nec merui,  
Nec optare ausim unquam. Quid multis? nox diem  
Ademerit prius, tua quām erga me commmemorem be-  
neficia:  
Tot mihi de improviso obiecisti commoda. Vttere  
Porro tua mihi Deus in eos clementia, vt  
Incolumes, & ab Asmodæi insidijs tuti, suauiter  
Et atem transfigant: tuūmque ita in se predicent  
A claudibus vebant beneficium, vt tua  
Cunctis innotescat mortalibus benignitas:  
Téque veneretur, ac colat uniuersum hominum genus.  
Nunc, vt diei tempus est, convivium  
Trocha. acata.  
Splendido instructum apparatu adornari iubeo,  
Ad quod amicos omnes volo vocarier,  
Vt solidum hoc, numerisque omnibus sit absolutum  
gaudium.

## ACTVS IV. SCENA VII.

TOBIAS, RAPHAEL.

Octonarij.

**A**B S quiūs homine, cùm opus est beneficium acci-  
pere gaudes:  
Verum id demum iuuat, si de quo nunquam meruisti  
bene, is  
Facit. O AZaria mihi, ô mi frater, quid ego nūc pre dicē  
Tuam in me munificentiam? certè nunquam tibi tua  
Satis dignum virtute p[re]mium referre queam Eriam  
Si me tibi in perpetuam seruitutem traderem, tamen  
Tuis erga me officijs patria facere non possem. Rap. tace  
Obsecro, bene colloquatum arbitror beneficium, in ami- Scazon:  
cum quod  
Confertur. Si qua in re p[re]terea opera mea egeas, im-  
pera,  
Ac factum arbitrare. Tobi. Deus me oderit, ni te ma-  
gis quam oculos  
Amo meos. Si frater es[se], quī magis morem geras?  
Utinam sit in quo tibi contrā gratificari queā. Sed ad  
Rem. Haud te latet opinor, quopactō me sacramento  
Raguel  
Obstrinxerit, fidemq[ue] dederim, me ante dies quatuor-  
decim  
Ex eius non migraturum edibus iamq[ue] parentes mei  
Reditu nostrū solicite operientes, sat scio, numerat dies.  
Quod si ad dictū tempus nōdū reuersos nos cōspexerint:

E Immane

Sept.

*Immane quantum solitudinis illius nostra pepererit  
Mora. Quare ne aquid cunctemus diutius, velim  
Ut assumpis duobus hinc camelis, seruisq; quatuor,  
Ragam ad Gabelem auunculū recta proficisciā vi. &  
Argentū, cuius gratia iter hoc suscep̄tū est, repetas: dein  
Ad nuptias meas tecum reverti dignetur, roges.*

Senat. 4.

*Tantisper nunquam te morabitur scio,  
Quin habeas illud quo die illuc veneris:  
Si mod̄ suo illi redditio marsupio,*

Sept.

*Quid sit, quod me hic detineat, commemoraueris.  
Raph. Neque hic, neque alibi usquam erit in me mo-  
ra. Nullum defugiam*

*Laborem, dum profim tibi. At nihilne præterea? Tobi.  
Nihil,*

*Nisi vt nobis, si fortè difficiliorem se præbeat,  
Blandicijs hic istam pellicias senem. Raph. Agedum,  
dabitur opera.*

*Tobi. Fazit Deus vt tibi eunti, ac redeunti salus ipsa  
fit comes.*

## ACTVS IV. SCENA VIII.

### SOSIA, MYRRHINA.

Trochaici senarij, & septenarij, partim ca-  
talestici, partim acatalestici.

**T**OIVM hunc propemodum cursando, ac ambu-  
lando

*Contrui diem: perreptauit usque omne oppidum,*

*Ad*

*Ad forum, ad macellum, & quod non? dum que opus  
sunt*

*Ad nuptias paro: vix arbitror decem Iambi.*

*Famulos tot suffecturos negotiorum*

*Occupationibus. Nec quicquam nunc magis*

*Metuo, quam ne denuò hinc aliquid miser*

*Extrudar: quod si fit, actum est, perij. Postulem*

*Nunc me desatigatum refocillarer*

*Si liceret. Sed mror quid Myrrhina?*

*Cantharis duobus conficio suffercinatam,*

*Alloquar. Hem mea Myrrhina, quid fit, quid agitur?*

*Myr. Rogas?*

*Quid fiat: tota domus perstrepit rumoribus,*

*Omnes nostrarum rerum sat agimus: interim*

*Tu, quasi nihil sit, quod intus agas, ante ostium*

*Hic ociosus restitas? Sof. Quinam malum*

*Ociosus, qui me hodie sursum cursitando*

*Ac deorsum, adeò desatigauerim, vt*

*In cursu ferè conciderim miser: atque istud hic*

*Dum tu accedis, stomachor mecum. Myr. Viri tibi*

*Gratum faciam Sosia? Sof. Nihil malum, si quidem*

*Posse. Myrrh. Possem maximè, si lubeat. Quid*

*tibi*

*Hoc vini placet? Sof. Haud malum herculè: quid tum  
postea?*

*Myr. Hinc haustum tibi plenis propino faucibus.*

*Sof. Oh, bearis, si banc mihi prestes munificentia. Cedo oeo.*

*Cantharum sodes: gratum me, sat scio,*

*Dices, ac memorem. Myr. Quid ait: equidem iocabar*

E 2

Stulte

Stulte. Sos. Garris? si viuo, mox referam gratiam.  
 Myr. Agedum in epte, resiste, quod fugis? Sed parcias  
 Mi. Sofia, ne sentiat herus: nam scis quam sit ad  
 Has res perficax: & noui ego ingluviem tuam.  
 Hem. perij, dimidium exhaussisse vino se: mox  
 Vapulabo misera. Sos. Abi stulta, nescis fallere  
 Homines: quod factum est dispendij, vide  
 oao. Sarcias. Myr. Quo pacto amabo? Sos. Vah, nescis? in-  
 fusa aqua.  
 Myr. Dixi tipulchrè, si verbera mihi velim  
 Lucris facere. Sed ostium concrepuit, pratinus  
 lab. duo. Intrò fugiamus, ne quis forte hic nos opprimat  
 Otiosè garrientes: sequere me. Sos. Sequor.

## ACTVS IV. SCENA IX.

GABEL, RAPHAEL.

Senarij.

INCREDIBILIA sunt que narrasti modò:  
 Deum immortalem nihil vñquam in vita mihi  
 Renuntiatum est gratius. Sed accipe, hem,  
 Lectum est, conueniet numerus quantum debui.  
 Raph. meritò te anno mi Gabel, & habeo gratiam.  
 Gab. Præsertim vt nunc sunt mores, adeò res redijt,  
 Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.  
 Raph. Verùm dicas, perfidiarum plena omnia.  
 Sed quid gestis? quidue es alacris? Vulgus hominum  
 scazon. Si quando numerandum est pauxillulum, frontem

Auersus

Auersus contrahit illico, supercilia  
 Adducit, ambages querit, quin ausugit  
 Non raro creditorem eludens. Ceterum  
 Vbi fides est, si roges, nihil pudet.  
 Si in festis, ibi tum impudentissima eorum est oratio Sept.  
 Quis tu es? quid tibi rei mecum est? adeò vt tibi  
 Amicum inimicum beneficio efficias tuo.  
 At qui hoc genus hominum non sibi solùm male  
 Consulit, at reliquis etiam, qui nihil male  
 Vnquam meruerunt, perfidia sua fidem  
 Plane abrogat: cum ex illorum impudentia  
 Horum quoque ingenium metimur. Te simul  
 Ac depositi commonefacere im, tuo tibi  
 Oblato syngrapho, quam nihil omnino sis  
 Commotus, tua fuit inditio oratio.  
 Adeòque admonitus nihil offensus es, vt mihi.  
 Nunc multò videaris quam dudum bilior.  
 Gab. Ita decet ô bone. Cum deponeretur, mihi per- oao.  
 suaseram,  
 Ea conditione esse creditum, vt statim  
 Vbi ipse reposceret, esset restituendum. Et licet  
 Non admodum lauta mihi domi res sit, tamen  
 Vnum hoc curauit adhuc, vt mihi esset fides.  
 Raph. Felix qui eo sis animo. At insuper aliud est,  
 Quod multò mihi precepit accuratius.  
 Gab. Quidnam obsecro? Raph. Ut ad suos illuc te  
 nuptias  
 Adducerem. Gab. Luberet, nisi iter longius  
 Esset: & etate infirmum hoc est corpusculum.

E 3

Raph.

Sept.

Raph. Nil opus est viribus: veheris commode:  
 Tum fabulis itineris edulcabitur  
 Molestiam. Gab. Suadere noli. Raph. Quid ni sua-  
 deam:  
 Immo hād omittam, ni exorcim. Gab. Quāmuis ani-  
mus  
 Non mediocriter à profiscendo abhorreat,  
 Tamen cū vos tantoperē istud velle video,  
 Age, fiat, promitto. Raph. Pol te dignum facis  
 Mi Gabel: intro igitur, vt te pares. Gab. Age.

## ACTVS V. SCENA I.

## RĀGVEL.

Octonarij, septenarij, &amp; senarij.

**Q**VID N A M in rebus mortalium tam succedit  
 feliciter.  
 Quod non suam habeat admistam ægritudinem?  
 Ita profecto natura comparatum est, vt dolor  
 Voluptati comes indiuīdius consequatur. Plus mihi  
 De improviso, ac preter spem obiectum est gaudij,  
 Quām vñquam à Deo fuisse ausus sperare. At nunc  
 vide obsecro,  
 Quantum meā hāc felicitas mihi sollicitudinū adferat:  
 Cum filium meam nepoti nuptum do, iubeo fidem  
 Mihi det, se int̄a dies quatuordecim domum ad  
 Parentes non reuersurum: sferans diutino  
 Coniunctu, ac familiaritate illum ita deuinctum fore,  
 Vt aut nunquam de patria repetenda cogitaret, aut  
 Saltem

Saltem se propediem reuersurum promitteret.  
 Nunc neutrum impetro miser. Venit hodie ad me, mi  
 pater,

Inquit, decimus quartus iam agitur dies, qui me à fide  
 ibi

Data liberat: animus est iam pridem domi  
 Apud parentes, quos mea non mediocriter  
 Sat scio sollicitat cunctatio. Quare precor  
 Vt mihi iam illuc pace tua vñā cum coniuge  
 Reuertiliceat. Nam nisi ad diem dictum  
 Præstò adfuerimus, aut nos in itinere dolis  
 Grassatorum circumuentos, trucidatosq; vel  
 In morbum illapso, aut aliud aduersi quippiam  
 Incurrisse suspicabuntur. Ad h.ec quid me censem' vllū Troch.  
 Potuisse verbum proloqui? penitus obmutui  
 Primum: dein' mihi redditus: Nihil, inquam, nate mi  
 Aequè malim, quātē h̄c apud me quoad vixero, cū filia  
 Aetate agere: sed iam dudū te h̄c inuitū h̄cerere video:  
 Pedes tibi pruriunt, ardentq; fugam: quare tuis  
 Si pergam affectibus aduersarier, nihil plus agam,  
 Quām si Ätiopem dealbem, aëremue verberem,  
 Hoc vnum tantum me à te exorare finito,  
 Vt post annum tuos apud parentes exactū, huc iterum  
 Commigretis: sat habeo, si istud impetro  
 Cum grata. Nihil respondes? age, non omittam, nisi  
 Istud quod ambo exorauerim prius.  
 Hic cū eius orata reminiscor, nequeo quin lachrymem  
 miser.

Mi pater, inquit singultiū, qua frōte ego parētes meos,

*Quorum senectuti unicum sum præsidium, audeam  
Deserere? tum pol vel quoquis carnifice me  
Immaniorem deputem. Que illis vita sine me  
Non tristis, austera, tetrica, atq; amarissima futura sit?  
Evidem mori malum, quam eos per me ad mortem  
adigi.*

*Quid multus? His lachrymis ad misericordiam  
Reductus, facio illi egrè demigrandi copiam:  
Omnemq; rem familiarem, capras, boues,  
Asinos, oves, seruos, ancillas, reliquamq; supellectilem,  
Substantiamq; tam auream, quam argenteam,  
Ex equo cum ipso diuidio, lachrymans identidem.  
Tandem cum perpeti non possem amplius, hic effugi  
foras:*

*Nunc ille abitum parat. Sed siccine à me abire filiam  
Simam in salutatam? ah, quid ago demens? quantum il-  
li peperero*

*Solicitudinis? at at, quid hoc! perij miser,  
Omnes ex nostris edibus simul exeunt,  
Totus tremo, horroq; postquam horum mihi in  
Mentem venit discessus: ô dolor grauis.*

## ACTVS V. SCENA II.

TOBIAS, RAPHAEL, RA-  
GVEL, SARA.

Trochaici catalepticci senarij, & septenarij.  
admissis paucis octonarijs.

**I**NGENTES Iouæ meritò gratias ago,  
Cùm euencere hec nobis frater prospere. At  
Quid remoratur coniugem? Raph. Egrè auellitur.  
Maternis complexibus: iam iam sequetur,  
Atque eccam. Tobi. Et socer nescio quo clanculum  
Se subducebat modo. Raph. Humanis istud ingenie est  
Argumentum. Amor parentum in liberos  
Quantum valeat, euidem haud ignoras Tobia.  
Non animaduertis gnate, abitu huc misere sollicitarier?  
Atque ea hinc clam discessisse gratia,  
Ne quod animo egrè est conficiat? Rag. Occidi miser,  
Que posthac futura est vita, cùm in mentem venit  
Solitudo? sed alio deflectunt viam.  
Quid si reuocem? Heus heus resistite. Raph. Tobia  
Socer est qui reuocat. Tobi. Profectò is est ipsus. Rag.  
Quid est  
Mi fili quid ita properas? iam iam redissim, paululum  
Si cessasses. Tobi. Mirabar quoniam abieras pater.  
Rag. Non procul. Sed quid tibi placet filie  
Dos? Tobi. Regalis mihi visa est opulentia:  
Quanquam dotata est satis, que morata est bene.  
E 5 Rag.

Rag. Oh, patrū simillimus es. Hem filia,  
 Fac te tali dignam prebeas viro:  
 Illig̃ per omnia morem gerito. Sar. Dabo  
 Operā mi pater. Rag. Tum sacerū, & socrum qui tibi  
 Iam in parentum succedunt locum, haud minus  
 Quām me, matremue tuam reuocere. In domesticis  
 Administrandis negotijs, que propria  
 Est matrone functio, vide sedulam  
**Acer.** Naves operam: ut quemadmodum foris maritus,  
 Ita tu rem domi augeas industria.  
 Sic vestrū Deus fecundabit coniubium:  
 Liberosq̃ suppeditabit tales, qui tuis  
 Coniugisq̃ digni videantur maioribus.  
 Sar. Memorem dices te monuisse mi pater.  
 Rag. Ceterū tibi Tobia mi hanc in manum  
 Do, & tue mando fidei: tu illi pater  
 Post hac, tu maritus, tu patronus, tu. Tobi. Ah pater,  
 Ne lachryma, magnificientius habebitur, quām si domi  
 Sit tue. Sed est pr̃eterea quippiam  
 Quod nos vii pater? Rag. Nihil nisi vt bene  
 Prospere q̃ valeatis omnes. Sar. Vale  
 Mi pater. Rag. Vale, vale, inquam, gnata, postremum  
 Vale.  
 Discretior animi, hōccine tam subitō mihi  
 In tristitiam commutatum gaud:um?  
 O mutabilem, ac volucrem rerum omnium  
 Conditionem. Sed quid in anibus me macero  
 Questibus? Vah, eīciunda hec hercule est  
 Pectoris mollicies, nimis indulgeo mihi.

Generum

Generum nāctus sum ex animi sententia:  
 Filia talem repperit virum, qualem ipsa ne  
 Sperare unquam auderet. Asmodeus procul  
 Aēdibus nostris electus, cruciatur bolum hunc sibi  
 Ereptum esse è faucibus. Postremū omnis res in vado est.  
 Quapropter videntur ne animi sit parūm  
 Grati, nunc id incusare, quod votis frequenter ut  
 Eueniret, optauit ardenter.  
 Multa ex quo fuerint commoda, eius & quum est ferre lambi.  
 incommoda.

## ACTVS V. SCENA III.

TOBIAS, RAPHAEL.

Septenarij, partim recti, partim στάχυτες.  
**R** E ipsa compario mi frater, nullam rem tam arduā  
 Ac difficultem esse, quin leuis, facilisq̃ fiat, si  
 Adsit alacritas, vel redditus hic, quām mihi non est.  
 Laboriosus, pr̃e ut nuper erat discessus. Iam Acrius,  
 Vti vides, deuenimus, & adēo de via non sum  
 Defatigatus, vt vel Niniuen citra moram rectā  
 Hodie contendere luberet, ni coniuge, & grege  
 Seruorum, & ancillarum iumenta nostra agentium      Troch.  
 Essemus impediti, que relinquā haud expedit.  
 Raph. Est istud quidem vt dicis Tobia: verūm mihi  
 Si & hic, quemadmodum in alijs haec tenus, ausulta-  
 ueris,  
 Non hic pernoctabimus: at quod supereft vi.e      Scna.  
 Incunctanter perficiendum arbitror. Non te latet

Diem

Diem quo nos domi futuros pollicebamur,  
Iam pridem nuptiarum preterisse mora: patrem  
Matremq; dolore simul, atque metu contabescere:  
Quemq; diem illis annum videri. Tobi. Nil quidem  
malim

**Senar.** Azaria, sed quid coniunx, reliquæq; quas  
Iam defessas longinqua reddidit profectio?  
His longius hoc die si sit eundum, periculum est  
Ne in media anhele deficiant via. Raph. Scio, sed eas  
Committemus, apud quem modò prandebamus, hospiti  
Tobi. Satin' tutò? Raph. Oh, desine male suspi-  
cari, vir est  
Virtute, fidéque antiqua. Tobi. Sed non nouerunt viā  
Si sole consequantur post, nec ubi aberrent vereor.  
Raph. Eadem ut deducat dabimus negotium: insuper  
Ninuen simul ac peruererimus, aliquot famulos viae  
Pulchre gnavos, eis obuiam mittemus. Tobi. Quid? tibi  
Si ex vnu istud fore videtur, age lubens obtempero.

## ACTVS V. SCENA IV.

TOBÆVS, ANNA.

Timetri.

**Q**VOTIDIE magis augescit mihi de filio  
Solicitudo, & quo abest diutius, hoc eum  
Desidero impotentiū. Me nullus est  
Opinor calamitosior, neque cui magis  
Bonæ felicitates aduersæ sient.

Eben

Eheu quot iam annos natali electus solo,  
Hic seruitutem pertuli grauissimam!  
Quot incommoda peperiss! denique quo nihil  
Tum accidere mibi posse arbitrabor tristius,  
Visu spolior miser. Tamen has vtcunque mens  
Tulit hæc tenus egritudines. Nunc vt nihil  
Molestiarum desit, maior insuper  
De filij salute mihi obijcitur metus.  
Ad hec accedit vxor rixosa, haud leue  
Profectò malum: cuius querimonij mihi  
Iam pridem aures calent, at at ostium crepat,  
Mirum ni illa est: tacebo, vt quis sit audiam.  
An. Si res mihi secundæ essent de filio,  
Iam dudu venissent. Tobe. Est ipsa. An. Ah, quas meū  
Anxietates mihi confecit silicernum.  
Tob. Ecce antiquū obtinet. An. Qui modò foras, fibi  
Dum verba parata sentit, nescio quō pro reperserit. Sept.  
Sed oportunè hic stantem reperio: adoriar,  
Vt in eum, quod animo egrè est, euomam. Bone  
Vir, salve: ecquid remoratur filium? viden?  
Quo consilio iam me misere solicitarier?  
Infortunatior pol me mulier nec est,  
Nec fuit vnquam, tali viro que nupserim.  
Tobe. Ah pergin' lingue vti petulantia? quæ  
Isthic minus mea res agatur quam tua.  
Si quid nobis aduersi fortè euenerit,  
Mihi maior sustinenda est portio: atque ob id  
Nequaquam ea res mihi neglectu fuit.  
An. Nisi fuisses incogitans, pecuniam  
Hanc

Hanc perdere maluisses, quam periculis  
 Tot, tantisq; obiectare filium: neque  
 Ignoto commisisses adolescentulum.  
 Tobæ. Muliere iniqua nunquam quicquam iniustius,  
 Quæ, nisi quod ipsa facit, nihil rectum putat.  
 Opinione melius res cedet arbitror.

Scazon. Non cogitas quam longè hinc absit, & nosti  
 Mores hominum, ad numerandum quiq; est tardior.

An. Tandem hoc tua se recipit oratio? virum  
 Nonne aiebas Gabelem esse optimæ fidei?  
 Quicum vel in tenebris micare sit tutissimum?  
 Si incolunis eset, iam hic adeset sat scio.

Sept. Quando iandudum dictus preterij dies.  
 Tobæ. Non cessabis dijudicare istud prius,  
 Quam quid veri siet certò rescueris?

An. Nescio quid animus mibi malo presagias.  
 Tobæ. Noli te macerare obsecro: quin pectore  
 Quietio sis portius. Quid lucri sit, tibi

Scazon. Si sollicitudinem adferas, cum idem sit vel  
 Nolenti preferendum tamen? An. Ebeu mibi hic  
 Sola videor, ille quia hinc abest diutius:  
 Et eius mibi curæ est salus. Tobæ. Adeon' putas  
 Me omnem penitus exiisse humanitatem, ut hoc

Scazor. Non mibi itidem, ut tibi doleat? Quasi nondum  
 Etiam satis quam tenerè adamem hunc perspexeris?  
 Sed quid profuerit si me pergam affigere?  
 Quid aliud quam malum conduplicem mihis  
 Multum iuuerit animus in re mala bonus.

An. At vereor, si modò riuuit, ne miseram alicubi

Vitam

Scazon. Vitam in sordibus, erumnisq; exigat. Tobæ. Pergin'  
 Eandem nobis toties cantuunculam  
 Occinere? interijt, perijt, quid sit nescio.  
 Quin ipsum saluum tibi iam spero propediem  
 Hic adfuturum. An. Spe nisi miserrimum est.  
 At vitam ita Deus faxit. Tobæ. Faciet, fac modò  
 Diuine non diffidas munificentie.

## ACTVS V. SCENA V.

T O B I A S, R A P H A E L, T O B Æ V S,  
 A N N A.

Trochaici septenarij, & octonarij catalecticci.

**Q** V A M nos exoptatos arbitrare parentibus  
 Venturos AZaria, qui iam redditum nostrum ar-  
 bitror

Propemodum desperant? Raph. Lachrymabunt pre  
 gaudio

Tobia, ubi saluos rediisse nos conspexerint.  
 A; vide ne nostrarum admonitionum nunc immemor  
 Si: tenes quid dicam? de felle loquor, quo patri  
 Amisisti recuperes visum. Tobi. He, teneo. quid putas  
 Successorum si experiar, dic sodes? Raph. Non manes  
 Iuuerit hic fel, quam cor in abigendo demone:  
 Tantum diuino confusus numini, Deum  
 Ora, ut nostros conatus sua secundet gratia.  
 An. Mi vir, nescio quos proculhuc conspicor  
 Aduentare: duò sunt, alter filio, alter haud

Mulsum

Multum dissimilis ei, cui creditus est, adolescentulo.  
Tobæ. Faxit Deus ut filius sit. An. Quò oculos inten-  
do acrius,

Hoc illis mihi videntur similiores. Tobæ. arrige  
Aures Tobæ. Oh, crucior oculos meos nibil  
Quicquam prospicere. Raph. Ehem mi Tobiu, matrem  
ac patrem  
Modo ne me fallant oculi, pro foribus stantes conficor.  
Tobi. Sunt? Hem certè sunt: qua gratia hic conficit  
nescio.

Raph. Quid? nostrum operiuntur aduentum. An. Cer  
te ipius est

Acatal. Mi vir. Tobæ. Hem, quid ais? An. Cum eodem qui  
cum hinc est profectus  
Comite. procurrā obviā, atque in amplexus illi proruā  
Tobæ. Rapé me sodes tecum, quid me solum deseris?  
An. Hem, mi gnate, hem gnate mi: saluum te gaudeo  
Aduenisse. Tobi. Credo mater. An. Salua sum, que  
te valentem  
Atq; incolumem redijisse intueor. Tob. Sed quid pater?

Valuitne vsque? An. Eccum tibi pro foribus. Tobi.  
interij miser,  
In terram, dum te consequitur, procul ab eisdib;  
Sena. tres. Pronus illabitur. Ah, quām vereor ne lacerit

Se. properemus, ut tollamus. Mi pater  
Quidnam hoc est malisiccine te hic esse humi  
Prolapsum? dolētne quippiam? Tobæ. Nihil  
Quicquam mi fili: & si quid doleret, nunc vel immori  
Mishi tuis dulcissimum foret complexibus.

Tobi.

Tobi. Frustrà me saluum reuersum arbitrarer, nisi &  
Te pater mi incolumem, ac saluum offendicerem. Tobi.

Deum

Immortalem, p. e gāudio quid agam, vel quid loquar Iambi.

Plane nescio. Nulla mihi res posthac potest

Tanta interuenire, ut ægritudinem adferat.

An. Mi fili, Deus nouit quām miseram exegerim  
Te absente hic vitam. Tobæ. Hem Tobiu, redistis? so-  
lus? Hospitem

Nōmne reducis tecum Azariam? Tobi. Quid n̄ pater.

Tobæ. Ubi igitur est. Raph. Hem, p̄fessō sum To-  
bæ. Tobæ. Cedo manum

Mi frater, quò te amplectar, ac exosculer: tibi

Bene faxim lubens, qui incolumem mihi restitus filium.

Sed quid? qua vos gratia isthuc miseram,

Accipistis argentum à Gabele? Tobi. Ad assēm mi  
pater,

Conspēcto chirographo, numeravit protinus.

Tobæ. Bene meherculè factum, gaudeo. Raph. Im-  
mo si scias,

Quid boni adseramus præterea, tum istud magis  
Dixeris Tobæ. Tobæ. Quidnam amabo? Raph. Idq;  
triumphaueris

Seriò. Tobæ. Quin dic, quid est? Raph. Nihil medio-  
cre est. Tobæ. Enecas,

Rem paucis eloquere obsecro. Raph. Adducimus tibi  
nurum. Tobæ. Hem

Tobia, vxorem in iussu meo? Tobi. Gaudebis, sat scio.

Pater ubi cognoveris cuius sit filia.

Tobæ. Cuius? Tobi. Rague lis cognati nostri. Tobæ.  
Hem, bene,  
Ita me Deus amet factum. Audin vxor hic quid di-  
cat? An. Oh,  
Quid ni audiam. At ubi illa est? Quid caussa est quod  
non adduxeris

Sens. Huc tecum ad nos? Tobi. Rage eam reliquimus  
Cum grege ancillarum, & seruorum, boues, oves,  
Asinos, & camelos huc ad nos trahentium.  
Que simul si adduxisse, multò huc venissem serius:  
Et sciebam quantopere vos nostra afflictaret mora.  
Tobæ. Unde tanta tum pecudum, tum mancipio-  
rum copia?

Tobi. Cuncta hac Rague gnatæ dedit doti. An. Oh,  
lachrymæ nubi

Erumpunt pre gaudio. Rap. Tum tantam auri, argen-  
tique vim

Vt regalem vos videre credatis opulentiam.  
Tobæ. O inexhaustam numinis diuini munificentiam.

I nunc vxor, ac deum nos deſtituisse clamita.  
An. Mivir, peccatum à me maximum est. Sed non  
oportuit

A vobis reliqas. Tobæ. Quid si nos nostrum Syrum  
Illi obuiam mittamus? An. Certè, si ille occurrerit,

Multò propius ibunt, & minor futura erratio est.  
Nam via peritissimus est. Tobi. Mater consilii probè.

An. Intro igitur concedam, vt hoc ipsi dedam negoti:  
Nisi quid dissentias mi vir. Tobæ. Iube properet, quan-  
tum potest.

## ACTVS V. SCENA VI.

TOBÆVS, TOBIAS, RAPHAEL.

Versus eiusdem rationis.

**N**VNC experior frater nequaquam frustrarier  
Qui in Deum omnem spem suam, fiduciāque  
conferunt.

Idem & hoc si tibi fili mi plane persuaseris,  
Multæ in pectore, mihi crede, sibi confidebunt bona:  
Tobi. Annitemur pro virili mi pater. Raph. Nunc  
Tobia

Fel quod dixi profer, eoꝝ patris leniter  
Illinito oculos. Tobæ. Quam rem tu nunc occipis fili  
ah, vide

Sodes, ne malum pro remedio nobis exasperes.  
Tobi. Nihil est quod metuas pater. Raph. Vin-

quod libenter audias  
Nunciem tibi Tobæ? Hodie pristinum tuis  
Oculis visum restituer Deus. Tobæ. Mi hospes, utinam  
ratum

Sit quod predicas. Tobi. Cae eius pollicitationibus  
Diffidas pater: nihil inquam ex eius consilio mihi

Suscepimus est, quod non successerit feliciter.  
Dicas diuino astro percitum: adeonibil ipsum fugit.

Huius vni hoc nostrum acceptū referri conuenit bonum:  
Vtpotè cuius suasu, atq; impulsu sunt transacta omnia.

Tobæ. Scio fili, atque ob id magis sollicitus sum, quo  
munere

Nunc tantam erga nos compensem beneficentiam.

Raph. Si vobis quid feci, aut facio miseriex quod proficit,

Istud haud mihi, sed diuina debetur gratia.

Ac proinde, nihil à te preciū repeto. Tobæ. Ah, nimium me putas

Ingratum. Certum est, nunc tibi contrà referre gratiam,

Vt penes me esse positum pietatis præmium scias.

Quodcumque à me donum optaueris, optatum feres.

Rap. Nil moror munera: abunde mibi magnum præmium

Arbitror relatum, quādo id quod feci gratum esse vobis  
Perspicio. Tobæ. Tace sodes, non committam ingratiudinis

Vt crimen, quo vix scio, an aliud detestandum magis  
Reperiatur flagitium, incurrisse videar: atque eo  
Genere prognati sumus, vt nos dedebeat admittere  
Quicquam, quod hominum vulgus merito irrideat. At  
nescio.

Quid mihi solito acrius pungant, ac pruriunt  
Oculi, vix manum abstineo. Raph. Frica quantū potes  
Mox squammæ, que nunc impediunt visum, decident.  
Tobæ. Hēm, vide amabō, ne me frustra in letitiam  
conieceris.

Raph. Itāne paruam mihi apud te esse fidem? ab, ab-  
sit dubitatio.

Tobæ. Nil dubito quicquam: tu modò, quod factō sit  
opus, impera.

Raph.

Raph. Nihil ad hanc rem, quam paramus nunc, no-  
cessē est amplius:

Tantum firmiter diuino fac confidas numini,  
Et nihil te nostra fallent promissa. Sed intrō statim  
Hinc concedamus: volo vniuersam familiam tuam  
Admirandum illud spectare prodigium. Tobæ. Age-  
dum, si lubet,

Duc me. Ecquis me fortunatior futurus est?

Siquidem te o celum postbac mibiliceat contemplarier.

## ACTVS V. SCENA VII.

S Y R V S.

Partim septenarij, partim octonarij.

O POPVLARES quot, quantisque subito  
commoditatibus

Hero meo Tobeo Deus hunc onerauit diem?

Cui de improviso tot bodie congruerunt commoda?

Adeo ut si quis rem ignoret, fabula se audire existimet.

Primum gnatus unicus, cuius redditus iam propemodum

Desperabatur, rediit incolunis: pecunia,

Cuius gratia iter tam longum susceperebat, domum

Relata, tum vxorem istinc secum adduxit, mulierem

Apprimè nobilem, & magnifice dotatam: insuper

Cognitione proximam. Atque hēc cui non maxima

Minimeque vulgaria iure videantur commoda?

Tanē ne cōparādū quidē ad ea est id, quod narrabonūc

F 3 Quod

*Quod ni hunc oculis a spexit sem ipse, nunquam credere,  
Etiam si vel centum istud verè contigisse deierent.  
Modò ad me venit hera, heus tu inquit, Syre, protinus  
tibi*

*Possiblitas rebus omnibus, proficiscendum est Acrim,  
Nam filius meus adduxit secum vxorem, quam ibi  
Eò quod de via defessa esset, cum ancillis aliquot, ac  
Famulis, iumentisq; quibusdam reliquit: & viam  
Ignorant, qua propter, quantum potes, illis obuiam  
Procurre, & ad nos huc deducito. Hic ego  
Dum ex eisdib; cum dicto prouolare paro, ab Azaria  
(Nam id hospiti isti nomen esse intelligo) renuocor.  
Resistenti concede huic, inquit, seruile in triclinium.  
Non possum inquam: at paulisper, faxo videoas rem omniū  
Multè prodigiosissimam. Reuerter denuo.*

Senar.

Senar.

*Ibi tum video herum confidentem, filium  
Et heram, aliosq; non paucos circumfistentes: quid siet  
Demiror. Tandem hospes: Qua gratia, inquit, huic  
vocauerim:  
Vos, paucis aperiam. Ne quis vestrum sibi persuadeat  
Huius sensi tot hastenus erumus, ac calamitatibus  
Exerciti, officiosum in sepeliendis mortuis.  
Deo disflicuisse obsequium, videte, quantum magnificentum  
hodie*

*Sue pietatis latus sit premium. Quandoquid ut ex  
Omni parte hoc, quid in itinere diuina beneficentia  
Filius est consecutus, perfectum sit gaudium,  
Visum, sine quo insuauia hac omnia futura sint,  
Vobis presentibus iam illireddet Dei benignitas.*

Age-

*Agedum adeste, & spectate prodigium. dein ad herum  
Conuersus, tu modo mi Tobee, inquit, vide tua  
Ne quod Deus indulget, tibi intercipiat diffidentia.*

*Ad hanc vocem profiliens è sede senex: Quid diffi-  
dam, ait,*

*Azaria frater mi, cum iam squame ab oculis decidant.  
Atq; ô prodigiosam Dei clementiam, iam non minus  
Quam olim mihi propisciunt oculi. Video coniugem,  
Gnatumq; Tobiam, vnuersamq; meam familiam  
Hic propter me consistente. Nos gaudio simul & metu  
Stupentes, ad calum sublati manibus, flexi q; genibus  
Deo agimus gratias, lachrymis pre gaudio ex oculis  
Nobis erumpentibus. Herus interea nunc filij,  
Nunc itidem hospitis Azarie inherens complexibus,  
Nescit quibus officijs tam raram erga se munificentia  
Copenset. Quid multis: tota domus undiq; perserpet  
Leticia. Nunc ego, vti iussit hera, noue nupte obuiam  
Proficiscor. Quoniam herus insuper, quantum audio, cum  
coniuge  
Ipse sequetur propediem. Properabo igitur, ne quis hic  
Me otiosè etiamnum garrientem forte reperiatur.*

## PERORATIO.

Trimetri.

*NON est quod hic moremini diutius,  
Hos nostros qui spectatis ludos scences.*

*Intus si quid restat perageatur clanculum:*

*Ne vestra abusi videamus patientia,*

Si longiori hic vos detineantur mora.  
 Sed heus heus quid mihi occipitum obuerteris?  
 Resistite parumper. Priusquam hinc domum  
 Vos recipiat, que ex vix futura sunt  
 Maximoperè, vobis paucula in fillauerio.  
 Quocunque sacris continentur literis,  
 Ad nostram sunt salutem prodita. Hic senex  
 Tobias inuitus & exemplar patientie,  
 Tot undique circumseptus calamitatibus,  
 Nec animum despontest tamen, quem non licet  
 Grauissimum intricatum infortium,  
 Eo sua reducat tollerantia.  
 Ut temporari tactura commodi, aut  
 Nihil quicquam moueat, aut certo minus  
 Se pergit affligere? ratus quod à Deo  
 Immititur, quantus molestem, ac asperum  
 Apparet, nihil minus tamen sibi pertinet  
 Salutifore: quin hunc suum lactum breui  
 In gaudium commutatum iri: cum nihil  
 Adeo in rebus terrenis firmum, stabileque  
 Esse intueatur; quod non a stuario  
 Quodam cursu modo hic, modo illuc fluctuet.  
 Eant nunc mortales insipientissimi, ac  
 Deo diffisi, ob res tam momentaneas  
 Celum mari commisceant, his perditis  
 Sese interisse clamitent: dum tot Deus  
 In hunc prater spem olim contulerit commoda.  
 Nec erit hodie ipsius manus contraktior,  
 Si nos hęc dignos prebeamus gratia.

Sed

Sed quidnam Tobie monet connubium?  
 Et interempti septem Sare coniuges?  
 Adeste huic adolescentuli, qui uxoris  
 Animum appulisti complexibus: audite quod  
 In rem vestram futurum est maxime. Hi viri  
 Septem, quos sacra cæsos narrant Biblia,  
 Raram & stupentes sponsæ pulchritudinem,  
 Brutorum animantium ritu, libidinis  
 Non procreandæ prolixi studio, amplexui  
 Formose inhabitant coniugis salacium  
 Canum in morem: atq; ob id vixdum ingressi torum,  
 Ab Asmodeo principe caco demonum  
 Perempti, in atrum protruduntur Tartarum.  
 At Tobias pudicitia memor, ac Deo  
 Suam precibus salutem commendans, dolos  
 Impuri euadit spiritus: & fructibus  
 Exoptati tutus potitur connubij.  
 Atque hac ob id nunc repetimus verbosius,  
 Ut quemadmodum illorum exitium miserabile,  
 Ita huius felicissimi in rebus omnibus  
 Successus, a lasciuia vos auocent.  
 Ne ipsisdem Asmodei irretiti cassibus,  
 Supremi vindictam incuratis numini.  
 Valete, & si placuit quod actum est, plaudite.

FINIS.

UNIVERSITARIA

M. IOANNI  
SVRENO, HAR-  
LEMIANAE CIVITATIS  
CONSULI VIGILANTISSIMO  
CORNELIVS. SCONÆVS

GOVDANVS

S. D.

**N**IRABERIS fortasse Surene doctissime, quod tibi, cum priuatís domesticarum sollicitudinum curis, tum communib⁹ Reipublicæ munijs plus satis districto, his meis neuijs negotiūm faceſſere non erubuerim. Nec iniuria: nam si intempeſtua beneficentia, iuxta prouerbiū, nihil à ſimilitate diſſert: illeque qui ſedulō quidem, ſed parum in tempore prodeſſe ſtudet, impudentiæ notam incurrit: quid censendum de eo, qui viro Consulari tot occupationum vndis inuoluto, ſuis nugis hoc rerum ſtatu non veretur obſtreperare? Quapropter tale quiddam ne vnquam quidem ausus fuifsem, niſi singularis ingenij tui comitas, facilitasque ad temerariam hac confi-

confidentiam mihi fenestram aperuiffet. Multis enim argumentis compertissimum habeo, te ea eſſe humanitate, vt quēmadmodum literatis amicorum xeniolis impendiō delectaris, ita nec rudioribus, impolitioribusque facilē offendaris: ut potè qui non tam munusculi preclium, quām benevolium, candidumque offerentis animū intueri ſoleas. Cūm comœdiā noſtrā Tōbēum tuo, alio rūq; quorundam amicorum ſuafū eſſem editurus, viſum eſt libellū quendam carminū ſucciſiuiſ, aliquot horis recreandi ingenij gratia à nobis conſcriptum, huic coronidis vice adiçere. Que cūm inelegantiora ſint, aduerſus improbos Zoilorum morsus bono, facūdoque patrono indigent. Ad hoc nemo mihi viſus eſt magis accommodus, quām tu mi Surene, cuius tanta eſt facundia, vt cauſam etiā non bonam, probè tamen tueri queas. Quapropter tui nominis auſcipijs, ſi pateris, in lucem prodibunt: non tamen prius, quām tu ea dolabella tua leuigatoriæ, politioraq; redideris. Non telatet quām emunctæ naris ſit hoc ſæculum, quām naſuti paſſim Suffeni: qui cum ſuis ipſorū vitijs, etiam turpiſſimiſ libenter ignoſcant: tamen vel leuissimos ailiorū nequos pétulantissima lingua inſectātur. Atq; ob id næ quid hīc reperiatur, quod ma- leuoli iſti merito reprehēdiſſe videātur, ſūma adhiben-

adhibenda est cautio. Proinde quò liberius  
horum asperitatem tua lima abraseris, nocte  
nostram amantiorem iudicauero. Nam mihi  
hinc parùm fido: non ignatiss quām non raro  
amatore (vt inquit ille) amicæ turpia decepiat  
cēcum vitia, aut etiam ipsa hæc delecent.  
Ideoque Socrates scitè admodum artificis  
opus ingenij quendam fœtū esse ait, de quo  
obstetrix melius, exactiusque iudicat, quām  
mater ipsa: quæ vt prolem amat impotētius,  
ita eius nēuos non facile animaduertit. Ad  
eundem modum & nos in aliorū vitijs, er-  
roribvsve perspiciendis, ac deprehēdēndis  
plus quā Lyncei sumus: ad ea quē in mantica  
atergo depēdēti cīrcūferimus, quouis Tiresia  
cæciores. Non negabis, opinor, amico hanc  
operam, quamuis lōgē granioribus curis in-  
tricatus. Iampridē re ipsa comperi, quām in-  
credibili animi affectu, tū politiorum disci-  
plinarum studia, tū eos, qui se his forman-  
dos, excolendosque dediderunt, prosequaris.  
Cumq; plerisq; inanis scientiæ persuasio, su-  
percilium, fastuq; conciliare soleat, tu ta-  
men absolute ingenuarum artium cognitio-  
ne prēditus, adeò neminē, quamuis ab omni  
literatura alienū, p̄ te fastidis, ut ipse te his  
præclarissimis ingenij dotibus insignitū esse,  
aut non intelligas, aut planè dissimiles: vtro-  
que iuxta laudādus. Argue ob id quò minūs  
gloriam